Purushakâra. D. 1. श्रेट editionis Calc. mendum typographicum est. — d. 7 b. Melius forsan, ut d. 24, legetur -व्यकृतस्य. — d. 27 sqq. Yayâtis historia narratur MBh. V, 4037. I, 3535 sqq.; Kalmâshapâdae s. Mitrasahae, Sudâsae filii, a Vasishtha exsecrati ibid. I, 6696. 6891. Vasus per anachoretarum, contra quorum opinionem capri sacrificium licitum declaraverat, imprecationem terrae hiatu haustus est. MBh. XII, 12818 sqq. Nrigas rex Brahmani alicuius vaccam, quae domini potestate elapsa ipsius armentis se immiscuerat, rei inscius alii Brahmano dono dedit, quod quum sacerdotem tangeret crimen fere inexpiabile erat; nam etiam apud Indos non defuerunt, qui suum sibi ius canonicum conderent, veteratores. MBh. XIII, 3453 sqq. — d. 39. Hemistichium, quod a vocabulo बहुतर् incipit, ante भवति cet. ponendum esse, iam metrum flagitat, quum syllaba brevis पि in stichi tantum fine locum habeat. — d. 61 pluries recurrit in MBh. e. gr. I, 3512. III, 82. — d. 62 et 64 in Panc'at. transierunt II, 134. V, 15.

Amritamanthanam. D. 7—9. 28 b—37 a. 86, postquam superiora typis expressa erant, e libris manu scriptis paulo mutatos exhibuit Goldstücker in Lexico s. v. अमृत; lectiones, quas praetulit, hae sunt: 72, 15: समानाय्य 16: लप्स्यध्वं 74, 18:

-रांश्चात्र 21: ततस्ततः 22: सर्वतः 75, 3: पयसोऽपि; quae in edit. Calc. inveniuntur pro libri nostri usu ferri possunt, praeter 74, 22 सर्वशः — Post d. 22 eiiciendus erat versus aperte spurius

अमृतार्थे पुरा ब्रह्मंस्तथैवासुरदानवाः

additus a quodam, qui solorum deorum in praecedenti versu mentionem esse factam non tulit. — d. 79 p. 79, 11. In editione Calcuttensi legitur प्रवेरितं, quod, quum in nullum adhuc lexicon receptum esset, mihi suspectum praepropere mutavi in प्रवेशितं; sed etiam in tribus codd. Berolinensibus reperitur et a scholiastis explicatur, ab Arg'unamiçra क्षिप्तं *coniectum*, a Govindasûri प्रेरितं *missum, propulsum.* Addit hic, a Bhâgure grammatico vocem ad radicem ईर् praemissis प्र et अव praepositionibus referri, â primae syllabae in a correpta: अवोपसर्गस्य भागुरिमतेन अकारलोपः

Ritusanhâra. P. 82, 10 pro अर्पणैः, quae lectio durior est, alii codd. habent अर्पितैः

Çankarag'aya. D. 43. Alluditur ad fabulam percelebrem de montibus olim alatis et per aëris spatium se volutantibus, quibus, quum petulanter homines infestarent, Indras fulmine suo alas abscidit. — d. 67. Paraçurâmas quomodo matrem occiderit narratur in MBh. III, 10184 (male 11084 signato) p. 572.

METRORUM EXPLICATIO.

Metrorum, quorum exempla haec praebet anthologia, tria genera sunt: unum eorum, quae certo syllabarum earumque variabilium numero constant, alterum eorum, quae syllabarum pondere ac σημείων s. temporum (कला et मात्रा Indi dicunt, *moras* recentiores vocant) numero definiuntur, tertium

eorum, quae constanti constantium syllabarum numero astricta sunt.

Ad primum genus pertinet metrum inter omnia frequentissimum, quod ab origine वक्त्र vocatum, vulgo autem *çloka* appellatum est, quo nomine quaevis stropha aut comprehensio metrica designatur. Eius fundamentum est dimeter iambicus ⏑–́⏑– ⏑–́⏑–, quo geminato efficitur versus. Huic primum epodi instar subiungebatur dimeter tertius; post autem hic et ipse iterabatur, ita ut oriretur distichon, quae forma deinde maxime apud poetas epicos solemnis facta est. Quodvis igitur *distichon* s. श्लोक constat duobus *stichis* अर्द्धश्लोक, iisque ad eandem prorsus normam metricis directis et quatuor ordinibus s. *hemistichiis* ab Indis पाद q. e. quadrans vocatis, omnino itaque octo dipodiis iambicis. In utriusque stichi fine pausa est plena, tum grammatica, per quam intermittente oratione sonorum formae pausales postulantur, tum metrica, ex qua ultima syllaba, si brevis est, necessario longam aequat. Post hemistichium locum habet caesura, quae in finem vocabuli vel saltem, si est compositum, in membrorum iuncturam nec vero unquam ante particulam encliticam cadat necesse est; sequiores tamen et minus curiosi poetae legem negligunt, cuius exempla in Mâdhavae loco inveniuntur p.86, 7. 88, 10. 16. Ea caesura non tollit litterarum coniunctionem, sed leges mutationum, quas sonorum appulsus efficit, observantur, nisi quod, quum pausa minor sit, uti etiam apud Homerum in caesura saepius fieri accuratior investigatio docuit, hiatus non prorsus prohibeatur, sed haud raro inveniatur, ut 10, 9. 31, 7 (non 8, quo loco, ut अति vocabulum integrum servari posset, auctor ita versatus est, ac si vox ab आ longa inciperet) 43, 2. 52, 5. 66, 16. Librarii male industrii crebro inserta particula quadam inani hiatum tollere versumque corrumpere studuerunt; exemplum idque pessimi generis habemus 25, 14. Interdum, quanquam raro, etiam in medio hemistichio hiatus

toleratur, cuius rei exemplum in anthologia quanquam non in çloka ipso (nisi forte 42, 14 alterum हि satis ineptum ad vocales disiungendas interpolatum est), tamen in alio metro ceterum iisdem legibus astricto habes ab omnibus libris mss. confirmatum 21, 10: च इमां *).

Ex origine disticho finito etiam sententia finitur, atque si forte argumenti ratio, ut fit in enumerationibus, longiorem verborum ambitum requirit, partes sententiae articulatim inter versus distribuuntur; inde explicanda est apud poetas epicos verbositas, redundantium usus verborum crebraque epithetorum et vocativorum repetitio nobis satis taediosa. Posteri lege renunciata saepe mediis in sententiis versum claudunt, quod uti apud Somadevam cum arte nec sine eleganti quadam concinnitate fit, ita ab aliis more minus condito tentatur; exempla sint versus Mâdhavae 88, 10. 20, in quibus ultimum vocabulum pertinet ad sententiam sequenti versu propositam. Num distichis etiam tristicha et monosticha immisceri liceat, lis est; sunt qui affirment: mihi de contrario persuasum est. Multa quidem huius generis in Mahâbhârata, Râmâyana, ut taceam Purâna, inveniuntur, nullum autem apud poetas politae artis studiosos neque in libris, quorum verba a depravatione satis custodita ad nos pervenerunt, ut in Manu, Bhagavadgîta, aliis. Contra rei naturae summisque numeri legibus et reliquorum metrorum analogiae

---

*) Nam quae leguntur 63, 19 चुक्रोश ऋष्य° et 63, 3 उन्नूा ऋष्य° (sic cum â longa codd. omnes) huc non pertinere, sed vocalis ऋ cum reliquis, imprimis a et â, contractionem arbitrio permissam esse, ideo in tironum gratiam moneo, quoniam in grammaticis minoribus — etiam Boppiana recentissima vel post Boehtlingkii admonitionem — ista regula desideratur, quam locum habere in versibus saepe observari potest. Perspicuum affero exemplum ex Ramcidos recensione occidentali petitum, in qua eo loco, cui respondet I, 56, 20 a *Schl.*, 59, 19 b *Gorr.*, 43, 19 *Seramp.*, quatuor codices, quanquam ceterum in diversa abeant, hiatum congruenter tuentur; legunt enim ततः स्तुवन्ति ऋषयो aut ततो ऽ स्तुवंस्तु ऋषयो aut ततो ऽ स्तुवन्त ऋषयो

consentaneum videtur, binos tantum versus se excipere, ut thesi et antithesi sententia absolūta et rotunda redderetur. Si ternos, qui in libris exstant, versus inspicimus, fere semper observari licebit, tertium aut prorsus superfluum esse aut per se stare neque ita cum reliquis cohaerere, ut ipsum poetam versuum trigam voluisse ullo indicio colligi possit, nisi peculiaribus de causis, ut MBh. V, 1737—83 propter versum intercalarem, quod exemplum eo minus huc pertinet, quum in eo çlokas cum longiore metro epico iunctus sit. Quae si recte disputavimus, ubivis tales versus aut supervacanei et intrusi, aut manci esse censendi sunt, quod qui fieri potuerit, nemini, qui carminum epicorum codices evolverit et mutationes in iis vel casu vel consilio factas consideraverit, obscurum esse potest. Neque ad labefactandam normam hi codices magis apti sunt, quam e. gr. tituli sepulcrales Graecorum ab hominibus imperitis conditi, in quibus hexametri cum pentametris pro lubito permiscentur, negandae alternorum versuum elegiacorum constantiae ansam praebere potuerunt. Accedit quod in stichis caelibibus interdum perspicua lacunae indicia inveniantur, ut in versu p. 42, 15 तत्र vocabulum non habet quo referatur; alii non solum inutilitate, sed etiam pravitate spurios se produnt, ut p. 63, 21 (Rishy. 60 a), de quo v. annot. p. 114. Qui ascripticii habendi sunt stichi, eos supra uncinis inclusos habes; trunci seorsum numerati sunt.

Versus puris his quatuor dimetris constans, qualem hucusque descripsi, ab Indis ad tertium metrorum genus refertur et प्रमाणिका नगस्वरूपिणी sive मतमल्लिका (C'handomang'ari ed. Calc. 1858 p. 10. Çrutabhodha 14. Colebrooke Ess. II, 118. 159 ed. pr. Weber Ind. Stud. VIII, 330. 367) nominatur; in MBh. XII, 12076—113 exemplum est, alia vide in Nalodaya. Apparet tamen in longiore carmine infinitam eiusdem numeri repetitionem omnino tolerari non posse. Itaque variae inductae

sunt mutationes, quas inter primaria est ultimi ante caesuram iambi in contrarium trochaei numerum transitus. Omnino enim caesurae est, ut interiecto numero dispari obveniatur taedio propter continuam eiusdem exitus repetitionem moto. Itaque in locum diiambi succedit antispastus ⏑–́–́⏒, dum ultimus stichi diiambus semper purus manet nullamque patitur, ne primae quidem syllabae immutationem. Ceterum primam diiambi et ultimam antispasti syllabam longas et syllabam in fine stichi positam, quia propter pausam semper longa censenda est, etiam brevem esse posse, ex numerorum natura sequitur. Iam igitur hanc habemus figuram ⏓–́⏑– ⏑–́–́⏓ || ⏓–́⏑– ⏑–́⏑⏒

Sed ne sic quidem varietati satis consultum est, nec in his erat subsistendum: nam servatis in prima et tertia dipodia iambis, iambi ad infinitum repetiti molestia parum deminuta fuisset, unde necesse fuit, ut pro primo quoque et tertio iambis alii pedes sustituerentur. Neque in solo secundae dipodiae antispasto acquieverunt.

In hac enim altera sede etiam choriambus locum habet, cuius syllabae prima et ultima, quum ictu vis accedat, etiam breves esse possunt ⏓́⏑⏑⏓́; neque insolens est ditrochaeus (cum epitrito secundo) –⏑–́⏓, sed is rarior (inter millenos Râmâyanae stichos fere septies invenitur) et ea tantum conditione permissus, ut ante eum aut vocabulum aut vocabuli compositi membrum finem habeat. Vide 52, 2. 61, 21. 62, 14. 16. 72, 12. 78, 3. 87, 14. 16. 88, 18. Etiam antispasti syllaba prima longa esse potest, sed ea lege diligenter observata, ut post eam incisio minor sit i. e. vocabulum finem habeat, neque alius praecedat pes quam diiambus ⏓–́⏑– et qui eum aequat ⏑⏑–́⏑–. Illius exempla frequentia sunt 3, 14. 15. 39, 21. 58, 8. 59, 2. 61, 1. 63, 5. 6. 64, 5. 66, 12. 67, 16. 22. 77, 21. 89, 8, huius habes Râm. I, 17, 12 *Schl.* ubi codices omnes et editio Bombayana 18, 6 अनुगम्यमानो राज्ञा च praebent,

pro quo Schlegelius Bengalos secutus अन्वीयमानो राज्ञा वै dedit. MBh. I, 7912. II, 1331. 2027. III, 17404. Man. XI, 117. XII, 32.*) Ionicum a minore (cum paeone tertio) ⏑⏑–́⏓́ et ionicum a maiore (cum paeone secundo) ⏓́–́⏑⏑ exclusos volunt Indorum grammatici; illius tamen certa etsi rariora exempla sunt; huius nullum mihi praesto est a dubio alienum.

In tertia sede prohibiti sunt diiambus ⏓–́⏑– **), qui ultimae sedis diiambo constanti contiguus variationis legi adversatur, et choriambus cum cognatis ⏓́⏑⏑⏓́; reliqui admittuntur.

Prima sedes et ipsa solum choriambum ⏓́⏑⏑⏓́ aspernatur; quum enim is secundae proprius sit, cavendum erat, ne bini vel trini choriambi se exciperent; praeter hunc igitur omnes pedes admittuntur. Sed accedit novus isque quinque syllabarum pes ⏑⏑–⏑– e diiambo ––⏑– ortus, cuius usum poetae antiquiores amarunt, posteriores magis abolere stu-

---

*) Quam certa haec lex sit ipsi poetae nos docent, si insolentioribus verborum formis nulla alia de causa utuntur, quam ut eam servent. Ita 67, 24 non dictum est quod exspectes: वैशम्पायनो विप्रर्षिः quia tunc dispondeum non antecederet diiambus, sed वैशम्पायनविप्रर्षिः, in quo composito quamquam non est quod offendas, illud tamen vulgare minusque arcessitum est. Ita in loco Râm. III, 51, 42 *Gorr.*: भृशं रुदन्तीं पाणिभ्यां scriptor obsoletam formam, pro qua in ipso versu proximo रुदतीं dixit, non adhibuit nisi ut diiambum efficeret; in recensionis septentrionalis codicibus omnibus et ed. Bomb. (III, 45, 38) legitur पाणिभ्यां रुदतीं दुःखात्, in quo vulgaris orationis relinquendae occasio non erat. Itaque non possumus quin versus aliter conformatos, si qui inveniuntur, corruptos censeamus, ut eiusdem capitis versum 7 कनिष्ठायामप्यङ्गुल्यां, quem scribere non potuit idem qui arte usus est, ut similia declinaret. Fortasse legendum est कनिष्ठकायां et mutatio tribuenda librario, cui अपि addendum videbatur. Cavendum igitur est ei, qui versus depravatos restituere conatur, ne praeceptum hoc negligat, id quod, ut obiter moneam, cl. Brucius in Nala 1, 8. 4, 11 non evitavit.

**) Ne quis obiieiat, epitritum tertium logi 5, 4, annoto, lectionem incuria e priore editione in hanc translatam fuisse; in codd. recte est नीलोत्पल° aut रक्तोत्पल°

duerunt; rei exemplum utile est 11, 21, ad quem locum v. annot. Valere autem etiam hic videtur lex, ex qua necesse est ut in eo vocabulum finiatur (अभिवादये त्वां शिरसा) nisi secunda sedes exeat in ⏑ ⏑ ⏓ (अभिवादयित्वा शिरसा aut अभिवादयन्ति भवतीं) aut – – ⏒ (जनमेजयस्य राजर्षेः). Valere, inquam, videtur: nam sunt contraria exempla, quanquam perpauca. MBh. I, 4046. 5166.

Quibus praemissis oritur haec çlokae forma:

⏒ –́ ⏑ –	⏑ –́ –́ ⏒ ||	⏒ –́ –́ ⏒	⏑ –́ ⏑ ⏓
⏒ –́ –́ ⏒	⏓̇ ⏑ ⏑ ⏓̇ ||	– –́ ⏑ ⏓	
– ⏑ –́ ⏒	|– ⏑ –́ ⏒ ||	⏑ ⏑ –́ ⏓̇	
⏑ ⏑ –́ ⏓̇	(⏑ ⏑ –́ –́)||	⏓̇ –́ ⏑ ⏑	
⏓̇ –́ ⏑ ⏑			
⏑ ⏑ –́ ⏑ –|			
⏒ –́ ⏑ –	–|–́ –́ ⏒ ||		
⏑ ⏑ – ⏑ –	–|–́ –́ ⏒ ||		
⏑ ⏑ – ⏑ –	⏓̇|⏑ ⏑ ⏓̇ ||		

Alterum metrorum genus est, quod *polyschematicum* nostrates, गणवृत्त *metrum seriebus s. ordinibus compositum* (nam गण quaternas moras consociatas significat) Indi vocarunt. Constat pedibus quaternorum temporum s. tot syllabarum brevium pondus aequantibus, qui varie inter se permutari possunt, ita ut syllabarum numerus in singulis versibus non idem sit.

Cuiusque pedis syllabae binae breves in longam contrahi, longa in duas breves dissolvi potest. Oritur ita metrum anapaesticum vel dactylicum, cuius species frequentissima आर्या s. a quibusdam गाथा appellatur. Octo constat pedibus, sed catalectica est, ultima sede unam tantum syllabam praebente, et post tertium pedem (in vulgari saltem forma) caesuram requirit. In reliquis praeter sextam sedibus permissi sunt omnes pedes forma ⏓⏓ ⏓⏓ comprehensi, ita tamen ut proceleusmaticus in septima ante se incisionem mi-

norem, qualis vocabuli exitu efficitur, poscat; in sexta ex his pedibus solus proceleusmaticus locum habet, post cuius syllabam primam incisio eadem minor deesse nequit. Praeterea alternis sedibus secundae, quartae, sextae amphibrachys aptus est, quem reliquae aspernantur, ne nimia frequentia numerum primarium turbet. Sic oritur forma haec:

⏑⏑ ⏑⏑   ⏑⏑ ⏑⏑   ⏑⏑ ⏑⏑ ‖ ⏑⏑ ⏑⏑   ⏑⏑ ⏑⏑   ⏑|⏑⏑⏑   ⏑⏑ –   ⏑
        ⏑ – ⏑   ⏑ – ⏑   ⏑ – ⏑   – ⏑⏑
                                                    |⏑⏑⏑⏑

Duae species sunt. In altera गीति s. उद्गाथा nominata ad distichon efficiendum simpliciter repetitur versus ille, in altera, âryâ propria, stichus secundus paulo variatur. Nam in sede sexta in proceleusmatici et amphibrachi locum substituitur syllaba una brevis atque ante proceleusmaticum quintae sedis incisio fiat necesse est. Postremi igitur pedes quinque post caesuram ita constituti sunt:

⏑⏑ ⏑⏑   ⏑⏑ –   ⏑   ⏑⏑ ⏑⏑   ⏑
⏑ – ⏑   – ⏑⏑
        |⏑⏑⏑⏑

Prioris generis distichon habes unum 9, 18, alterius quatuor 19, 3. 21, 1. 26, 10. 16.

Quae ad tertium genus pertinent metra ab Indis अक्षरवृत्त s. वर्णवृत्त, *metra syllabis circumscripta*, aut simpliciter वृत्त, apud nos *monoschematica* nominata sunt. In quibus syllabarum tum quantitas, tum numerus tam constanter definiti et praestituti sunt, ut omnis pedum permutatio vel variatio excluderetur.

Non aliter ac superiora etiam haec distichis constant et in utriusque stichi fine pausam exhibent perfectam, in qua sonorum inter se collidentium leges tolluntur, id quod non fit in hemistichiorum fine nunquam non ad *sandhis* regulam dirigendo. Quodsi in nostris libris distichon in quatuor versus distribui solet, eius rei causa non sita est nisi in chartae spatio toti sticho excipiendo plerumque non sufficiente. Praeter ultimam stichi syllabam, quae qualiscunque sit pro longa

habetur, utriusque hemistichii s. पाद् forma semper eadem est, ut in describendis singulis hemistichii tantum ratio habenda sit. Saepius mediis in hemistichiis certae sunt incisiones, quae propter maiorem numerorum a principalibus declinationem in finem pedis cadere solent. Metrorum nomina, ita fere omnia comparata ut in suum quodque numerum cadant, ex parte tantum, nisi lusus nimis pueriles Indis tribuere velis, ab ipsa rhythmorum natura et ratione desumpta sunt, sed pleraque inde orta videntur, quod in versu quodam, qui pro exemplo esset, haec vox legeretur.

Origo horum metrorum, quae magna ex parte prima specie ab omnibus numeri legibus abhorrere videntur, quaerenda est in formis, quales vel fuisse vel esse potuisse docent classes duae priores. Metri enim per se variabilis una alterave forma, qualis substitutis eiusdem ambitus metrici pedibus secundariis evaserat, talis servata et omnis posthac mutationis expers reddita est. Qua in re inventores id potissimum spectavisse videntur, ut singuli pedes inter se quam maxime dissimiles fierent, et plus interdum quam natura valuisse videtur ars. Ut igitur rite intelligantur metra, revocanda sunt ad veros numeros, qui formae antiquitus traditae subesse censendi sunt; ad hos autem agnoscendos attendendus est hemistichii exitus, in quo puriores et intacti saepe manserunt, dum in initio licentiae et variandi studio locus datus est. Quam explicationis viam primus iniit Cl. Ewaldus in libello 1827 edito *Ueber einige ältere Sanskrit-Metra*, postea autem nemo quantum scio persecutus est.

Singula, quae in censum veniunt, haec sunt:

1) Metrum choriambum utrinque diiambo cinctum exhibens. Catalecticum invenitur et acatalectum; prima syllaba produci potest:

⏓ – ⏑ –   – ⏑ ⏑ –   ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏓

Acatalectum ab longa incipiens वंशस्थ, a brevi इन्द्रवंश, catalecticum prima longa insigne इन्द्रवज्र, brevi उपेन्द्रवज्र nominatur; primae syllabae quantitas si arbitrio permittitur, acatalectum उपजाति, catalecticum eodem nomine aut आख्यानिका appellant. Indravançam praebent 7, 9. Amṛitam. 76. Ṛitusanh. 1—21; upag'âtim catalecticam 22, 5. 26, 6. 12. Naish. 41—57.

Huius metri usus late patet in Mahâbhârata, cuius partes haud paucae eo conscriptae sunt; sed pro longiore poematis epici ambitu eadem fere licentia variatur, qua çlokas epicus utitur. Earum mutationum leges exponere non est huius loci; una tantum, qua efficitur ut prima choriambi syllaba in duas breves dissolvatur (exempla e multis sunt MBh. I, 1256 a, 1338 a. b. c, 1585 b, 2114 a, 3596 b, 3598 b) commemoranda est, quia inde proficiscitur

2) metrum रुचिरा dictum, hanc formam at stabilem praebens et inter monoschematica relatum. Est igitur:

⏑ ⏑́ ⏑ – | ⏑⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ –

Caesura cadit post quartam syllabam. Invenitur Amṛitam. 77—86.

Hoc exemplo illa quae diximus de monoschematicorum metrorum origine optime illustrari et probari possunt. Nemini enim si formam hanc in Mahâbhârata variabili metro epico longiori vel immixtam vel subiunctam, tandem autem apud poetas politae artis studiosos solitariam inveniat dubium esse potest, eam postero tempore ad illius imitationem effictam esse. Observari etiam potest, in Mahâbhârata ad eam transitum quendam quaeri solere adhibito Indravança metro, ut fit in loco de Amrita praemisso uno, XII, 1895 praemissis tribus XII, 9516, 17 praemissis quinque talibus versibus; I, 1253—58 ita disposita sunt, ut 53 et 56 ad Upag'âtim, reliqui ad Ruc'iram pertineant. Ceterum huius metri usus et ipse indicium est, locum de Amrita ex recentioribus Mahâbhâratae assumentis esse, ut similiter in Râmâyana versus in fine capitum

adiecti Upag'âti metro omnibus membris aequali conscripti iam hac sua forma satis recentem originem produnt.

Aliud metrorum genus ionico a minore et bacchio, quorum pedum idem fere numerus est, constat. Huc pertinent

3) मन्दाक्रान्ता, quod ita compositum:

– – – – | ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – | – – ⏑ – ⏑ – –

ex mea sententia explicandum est:

⏑ ⏑ –́ –́   ⏑̄ ⏑ –́ –́   ⏑̄ ⏑ –́ –́   ⏑ –́ –́

Tres ionicos a minore excipit bacchius. Secundi ionici prima syllaba, quam produci licet (id quod e rationibus longioris metri epici facile probari potest), in breves duas dissoluta est, itemque tertia. Dispondeo, qui per se ab omni numero abhorret, alius numerus non subesse non potest; quinam is sit, ex reliquis iudicandum est. Primam autem sedem omnium maxime variabilem esse constat, neque haec permutatio eum, quam in metris epicis vigere videmus, modum excedit. Inciditur post syllabas quartam et decimam. Exemplum est 24, 14.

4) Contra e bacchiis tribus et ionico uno, uti iam Ewaldus docuit, ortum est मालिनी metrum, nam formae eius

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – – | – ⏑ – – ⏑ – –

respondet:

⏑ –́ –́   ⏑ –́ –́   ⏑ ⏑ –́ –́   ⏑ –́ –́

Caesura est post alterum bacchium. Invenitur 20, 13. Pur. 38—40. Ritus. 22—28.

5) Eodem prorsus modo ad duos bacchios duosque ionicos revocandum est metrum शिखरिणी

⏑ – –   – – – | ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ –   – ⏑ ⏑ ⏑ –

quod est: ⏑ –́ –́   ⏑ –́ –́   – ⏑ –́ –́   – ⏑ –́ –́

Molossum in prima parte, post quam inciditur, e bacchio ortum concedet, qui supra in dispondeo in ionici locum substituto non offenderit. Legitur 5, 11.

6) Ex his pedibus et choriambo coniunctis procedit aliud metrum शार्दूलविक्रीडित dictum; ordini enim choriambico, qui

choriambo cum basi trochaica et clausula iambica constat (prorsus simili Anacreonteo illi: ξάνϑῃ δ'Εὐρυπύλῃ μέλει) et altero choriambo continuatur, adduntur ionicus a minore et bacchius

– – – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – | – ⏑ – – ⏑ – –

– ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –́ –́ ⏑ –́ –́

Spondeum pro trochaeo ratum esse iubet prima sedes. Duodecimam syllabam excipit caesura. Exempla: 12, 4. 29, 19. 30, 7.

7) Choriambus fundamentum est metri वसन्ततिलका

– – ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – –

Praecedit enim diiambus, sequitur exitus logaoedicus catalecticus, propter anapaesti cum choriambo similitudinem aptus, ita ut primaria forma haec habenda sit

⏑ –́ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑(–)

Caesura nulla est. Vide 1, 5. 20, 17. 21, 7. 37, 10.

8) Ad iambicum genus referendum est metrum हरिणी

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – | – – – – | ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –

constat enim tribus dipodiis, uno iambo secundam inter et tertiam interiecto:

⏓ –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ – ⏑ – ⏓ –́ ⏑ –

Permutatio durior magisque a solito recedens explicatur studio vulgarem iteratorum iamborum numerum occultandi; contra ut difficultati occurreretur, duplici caesura opus fuit, qua effectum est, ut dipodiarum ambitus sentiretur. Invenitur 30, 3.

9) Ultimo loco metrum pono प्रहर्षिणी

– – – | ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – –

quod enodandum aliis relinquo. Post tertiam syllabam inciditur. Eo usus est Mâdhavas 71.

GLOSSARIUM.

Monendi sunt tirones, ut vocabula ab initio cum अ अति दुस् सु, maxime autem cum स composita, nisi in harum literarum ordine inveniantur, sub simplicibus vocibus quaerant. Participia, quibus praefixae sunt praepositiones, ea tantum, quorum significatio paulum mutata est, in ordine praepositionum collocata, reliqua ad ipsas radices plerumque relata sunt.

Ad designanda exempla prosae orationis paginae et versus, poematum disticha numerata sunt. Haec siglis notantur: **F** significat fabulas tres p. 38—48, **K** narrationem de Kaṇdu p. 48—58, **R** historiam Rishyaçriṅgae p. 58—64, **P** locum Bharatcae, Purushakâra inscriptum p. 65—71. **A** fabulam de Amṛita comparato p. 71—80, **Ri** Ṛitusanhâram p. 81—86, **B** Mâdhavae de Buddhae asseclis exstirpatis caput p. 86—92, **N** excerpta e Naishadîya, **Ns** scholia ad ea conscripta p. 92—98.

अ

अ *Thema pronominis demonstr.* अयं *cet.* अतस् अत्र अद्य *al.*

अ, *ante vocal.* अन्, *negatio alpha privativi instar praeposita tum substantivis et adiectivis, quibuscum potestate karmadhârayae et bahuvrîhis coniungitur, tum participiis* 20, 27. P 63. F 2, 4, *absolutivo* अकृत्वा P 18 *et infinit.*

अंश *m.* pars. A 19. quod alterius utrius partis est. B 59. -तः ex parte. B 24. (अंश् attingere)

अंशु *m.* radius. 1, 16. A 43. Ri 18. 28. B 1. N 49. 56.

अंशुक *n.* pannus tenuior, linteolum, velum. Ri 7. (अंशु fibra)

अकल्मष *adi.* labe immunis, insons, sanctus. K 28. (कल्मष)

अकूपार *m.* mare. A 20. (infinitum, कू = कु पार ripa ulterior)

अकोपन *adi.* non iracundus, ad iram non pronus. 34, 1. (कुप्)

अक्ष *in fin. comp. pro* अक्षि 4, 13. 34, 17. *fem.* ी 36, 1. *Cf.* साक्षात्.

अक्षत *adi.* incolumis. 28, 10. (क्षण्)

अक्षर *adi.* indelebilis, sempiternus. *n.* litera, syllaba. R 23. B 7. N 54. (क्षर् defluere, evanescere)

अक्षि *n.* (अक्षन्) oculus. *cf.* अक्ष (अक् *insolit. cf.* ईक्ष्).
अखिल *adi.* integer, totus, omnis. K 85. B 70. (खिल lacuna).
अगम्य *adi.* qui adiri, iniri non potest. 24, 19 (*schol. Bartriharis:* कर्तुमगम्यः). A 4.
अग्नि *m.* ignis. 14, 9. 26, 15. *plur.* P 51.
अग्र *n.* acumen, cacumen, acies. 10, 4. K 94. A 27. Ri 14. 24. 2) id quod excedit, amplius est *in* साग्र K 65. अग्रे *c. gen.* coram, ante. 6, 15. 9, 13. 10, 13. अग्रतः *adv.* coram. F 2, 37. (अज् propellere).
अग्रज *m.* frater natu maior. Ns 45. (जन्).
अग्रणी *adi. m. nom.* °णीः dux, princeps. B 37. (नी).
अग्रिम *adi.* anticus, primus. B 25.
अग्र्य *adi.* praestans, praecipuus, summus. R 54. P 40. B 47.
अघ *n.* peccatum. अनघ R. 34.
अघोर *v.* घोर.
अङ्क *m.* signum, nota, lunae macula, figura in numo. N 47. (अञ्च् distinguere).
अङ्कित *adi.* signatus, notatus. 10, 19.
अङ्ग *n. in comp. f.*°गी 21, 14. 1) membrum. 13, 9. R 40. 2) corpus. 25, 18. 27, 8. F 3, 15. K 95. N 56. 3) *pl. masc.* populus et regio in Bengalia circa *Bhagalpur* hodiernum sita. R 63. Lass. JAK. I, 143.
अङ्ग *part. qua* consensus *significatur.* — अङ्गीकरोति polliceri, spondere. 37, 13. concedere, fateri. Ns 57.
अङ्गक *n.* corpus. N 48.
अङ्गद *n.* armilla, brachiale. R 19.
अङ्गना *f.* mulier. R 20. 55. P 18. N 56. (*quasi* membrosa).
अङ्गार *mn.* carbo. *ad* 19, 11.
अंगुली *s.* -लि *f.* digitus. 8, 5.
अंगुलीयक *n.* annulus. 10, 12.
अंघ्रि (*s.* अङ्घ्रि) *m.* pes. 13, 16.
अचल *m.* mons. A 1. B 1. (चल्, qui non movetur).
अच्युत *m.* nomen Vishnuis. A 77 (stabilis, sempiternus च्यु).

अछ *adi.* pellucidus. *vid.* स्वछ.
अजिर *n.* campus, arena. A 82. (अज् pellere.)
अञ्च्, अच् *r.* 1 अचति 1) ire 2) venerari 3) flectere, *saepe in vocibus regionem et motum indicantibus.*
अञ्च, अञ्चित *v.* पुलका° रोमा°
अञ्ज् *r.* 7 अनक्ति agere, propellere. 2) oblinere.
— *c.* वि patefacere, manifestare. *Caus.* id. B 34.
अञ्जन *n.* unctio, collyrium *impr. antimonio confectum.* Ri 11.
अञ्जलि *m.* manus cavae iunctae, qui reverentiae et supplicationis ritus est. R 62. *Hinc* -लिकर्मन् *nom. act.* F 2, 28.
अञ्जसा *adv.* statim. F 1, 22. (अञ्जस् *obsol.* motus in solo lubrico).
अणिमन् *m.* subtilitas; facultas divina vel magica, minimam quamque aut atomi formam induendi, qua quis omnes res, e. gr. saxum durissimum, intrare et pervadere potest. (अणु atomus.)
अण्ड *m.* (*n.?*) ovum. अण्डज *m.* avis. F 1, 3.
अतस् *adv.* 1) *loci* inde. 2) *temp.* deinde. 3) *caus.* ex ea re, ex ea ratione, ideo 1, 9. 3, 17 *cet.* *Pro* अस्मात् 17, 7. 29, 4. — अतःपरं quod inde proximum est. 2, 22.
अति praeter, trans, supra; *praefixum valet* supra modum communem, valde, nimis *et componitur non solum cum adiectivis* 25, 12. 37, 17. N 49, *sed etiam cum substantivis, aut modo karmadhârayae* 31, 7. 8. 19, 18 *aut bahuvrîhis* K 91. *Nominis indeclinabilis vice fungitur* 37, 8.
अतिग *adi.* qui superavit. K 84. (गम्)
*अतितमाम् *adv.* summopere. Ns 57. (अति *praemissum videtur adverbio* *तमां, *quod separatum legitur Naish. VIII, 57 et cum adi.* तम *Kir. 2, 14 eiusdem atque affixum superlativi originis est.*)
अतितराम् *adv.* maiorem in modum, vlade, summe, *qua voce* अति *particulam exponere solent scholiastae.* Ns 49. (*eodem modo ad* तरां *referendum vid., quum comparativi ab* अति *ducti notio omnino non appareat, quam etiam in* नितरां *desiderabis.*)

अतिथि *m.* hospes. P 54. (अत् proficisci). *Inde* -त्व *n.* 35, 5 *vel* -ता *f.* N 45 *nom. abstr.* hospitem esse.

अतिलोभ *adi.* nimis avidus. *abstr.*-ता *f.* nimia aviditas. 17,3. (लुभ्)

*अतिवर्षण *n.* nimia pluviae copia. 22, 6. (वृष्)

अतिशय *m.* excellentia, praestantia; quod modum excedit. Ns 53. (शी)

अतीव *adv.* supra modum, valde. 12, 19. 29, 13. *seq.* नु K 55. (अति इव)

अतुल *adi.* incomparabilis. A 65. (तुल्)

अत्र *adv.* hic, hic loci ubi sumus. 17, 15. 18, 6. 26, 18. 19. N 55. *pro* अस्मिन् अस्यां 10, 19. (अ *them. pron.*)

अथ *part.* tum, dein. *Primaria eius vis est, ut indicet, novum quid in narratione incipere, quod non pendeat a praecedentibus.* 2, 3. 12, 15. F 1, 5. 2, 3. *Solenne est in libri vel capitis initio.* 1, 1. *Apud poetas etiam media in sententia locum habet.* 36, 15. K 42. 82.

अथवा *part.* 1) aut, vel, *i. q.* वा *quod quum secundum in propositione locum postulet* अथ *sibi praemittit.* 2) immo potius, *part. eius, qui sententiam mutat aut quae dixerat corrigit.* 24, 2. K 89.

अथो *part. id. atque* अथ F 1, 15. A 79. (अथ उ)

अद् *r.* 2 अत्ति edere, vesci. *caus. med.* आदयते alere *car. et instr. p.* N 43.

अदस् *pron. nom.* असौ ille. *Remotiora nec praesentia plerumque indicat, oppos.* इदं, 10, 15. K 18. *Cum relativo coniungitur.* 7, 14.

अदातृ *adi.* qui non dat, parcus, tenax. 26, 10. (दा)

अदूर *adi.* non remotus, proximus. 34, 18. -रे prope. Ri 14.

अद्भुत *adi.* mirus. K. 10. 37. R 48. A 47. *n.* miraculum. R 47. (*Depravatum videtur ex* अतिभूत, *quod naturam excedit.*)

अद्य *adv.* hodie. 10, 3. F 2, 25. nunc. 8, 7. K 74. अद्यापि *c.* न adhuc non. 37, 10. (अ *pron.* द्यु)

अद्रि *m.* mons. 31, 6. K 45. A 29. Ri 21. N 41. (दृ teri? द्रा currere?)

अधम *adi.* infimus. 35, 1. B 10. (*cf.* अधस्).

अधर *adi.* inferior. *m.* labium inferius, labium. 20, 19. N 46. (*cf.* अधस्).

अधर्म *m.* nefas, iniustum. 23, 2. (धर्म)

अधस् *adv.* infra. B 43. *praep. c. gen. vel abl.* sub, infra. A 12.

अधि *praep.* super.

अधिक *adi.* excedens, maior, numero superior. 20, 3. 22, 22. 23, 3. maximus. *In fin. comp.* 8, 17. 29, 1. -कं शतं centum et quod excedit. K 62. — *n.* quod excedit. साधिक *adi.* K 66.

अधिकार *m.* rei custodia, munus. -रिन् praefectus. 22, 10. (कृ)

अधित्यका *f.* summum iugum montis, montis culmen latum. N 41. (*aff.* त्य)

अधिप *m.* dominus, rex. *In fin. comp.* 12, 18. F 3, 11. R 67. P 28. N 46. (पा)

अधिपति *m.* summus dominus vel rex. 29, 16. (पति)

अधिष्ठान *n.* statumen, locus quo quid nititur. A 20. (स्था)

अधीन *adi.* dependens *ab alqo. Abstr.* -त्व *n.* B 22. (अधि *c. aff.*)

अधीर *adi.* non firmus, non constans. 3, 15.

अधीश *m.* summus dominus. B 46. N 49. (ईश)

अधुना *adv.* nunc. 38, 3. B 26. N 44. 49.

अधोभाग *m.* spatium sub aliqua re situm. Ns 42. (भाग)

अध्याय *v.* स्वाध्याय.

अध्वन् *m.* via P 49.

अन् *r.* 2 अनिति flare.

अनघ *adi.* vitio vacuus, innocens. R 34. (अघ)

अनङ्ग *adi.* incorporeus. *m.* amor. Ri 12. (अङ्ग)

अनन्त *adi.* infinitus. A 5. *m. nom. pr.* serpentis Vishnuis. A 16. (अन्त)

अनन्तर *adi.* quod sine intervallo, continuum, consectarium est. F 1, 20. — *adv.* -रं confestim, extemplo. A 44. *praep.* statim e re *c. abl.* 7, 4. *in fine comp.* तदनन्तरं 13, 21. (अन्तर)

अनन्य *adi.* alium non curans, in alium nullum intentus. B 9. (अन्य)

अनल *m.* ignis. Ri 10. (अन्?)
अनाथ *adi.* domino, praesidio destitutus. 25, 19. (नाथ).
अनिशं *adv.* perpetuo. A 69. (निश् sine nocte.)
अनिल *m.* ventus. Ri 8. (अन्)
अनीक *mn.* anterior pars, series; exercitus. B 30. (अन्)
अनु *praep.* post, secundum, ad, iuxta.
अनुकार *m.* imitatio. — -रिन् *adi.* imitans, aequans. Ri 5. (कृ)
अनुकूल *adi.* secundum ripam i. e. secundo flumine actus; congruus. Ns 42. (कूल)
अनुगुण *adi.* pari indole praeditus, congruus. Ns 42. (गुण)
अनुग्रह *m.* favor, gratia. 33, 11. (ग्रह्)
अनुज *m.* frater natu minor. N 45. (जन्)
अनुत्तम *adi.* quo superior non est, summus. A 1.
अनुपदं *adv.* instando vestigiis, proxime *c. gen.* 25, 8. (पद)
अनुराग *m.* amor, libido 20, 13; favor. Ns 55. (रञ्ज्)
अनुरूप *adi.* ad formam accommodatus, aptus, conveniens. 15, 20. (रूप)
अनुवर्तिन् *adi.* insequens, obsequens, deditus. 24, 14. K 81. (वृत्)
अनुसारिन् *adi.* sequens, persequens, pedissequus. 23, 21. B 68. (सृ)
अनूरु *m. n. pr.* aurigae solis. B 34.
अनृत *adi.* non verus. *n.* mendacium 17, 2. 30, 3. K 81. vanitas, mendacii consuetudo 17, 3. (ऋत)
अन्त *m.* 1) finis, extremum: *de loco* A 23. N 57; *de tempore* 33, 10. Ri 1. mors F 1, 11. 2) pars interior, *quo sensu capi videtur a schol.* N 57. *In* वनान्त द्रुमान्त *aut hanc significat aut* marginem *vel ut placet schol.* N 42 viciniam. — अन्तं गच्छति *metaph.* perspicit. 3, 6. 11, 20.
अन्तःपुर *n.* gynaeceum. R 68. (पुर)
अन्तक *m.* finem faciens, Mors. F 3, 9. 30. A 78. *ad* 4, 5. (अन्त)
अन्तर् *praep.* inter, intus.
अन्तर *n.* 1) pars interior *ad* 4, 5. 2) foramen, fissura. K 41. 3) intervallum. 4) discrimen, diversitas 8, 14. *In fin. comp.*

valet aliud 14, 4. 34, 11. 35, 13. 43, 6. Ri 11. Ns 44. (अन्तर्)

अन्तरीक्ष *n.* aer. K 13. (pellucidus ईक्ष्)

अन्तर्गत *adi.* qui intus est, interior, occultus. 6, 14. (गम्)

अन्तिक *adi.* usque ad qd. pertingens, in eo finem habens. *In fin. comp.* P 61. — *n.* propinquitas, vicinia. *loc.* -के *praep.* prope, coram. K 81. R 14. (अन्त, *unde etiam* अन्ति e regione *est.*)

अन्ध *adi.* coecus 1) qui videre non potest. 15, 3. 2) qui videri nequit.

अन्धक *adi. idem* 27, 9.

अन्धकार *mn.* tenebrae. 4, 9. (कृ)

अन्धकूप *m.* puteus coecus, virgultis tectus vel siccus. 17, 18.

अन्न *n.* cibus. 9, 21. 11, 15. 34, 19. (अद्)

अन्य *adi. n.* -त् alius 21, 9. 27, 11. P 19. *Indefinite (aliquando) ponitur* 23, 17. 24, 20. *In prima compositi parte themate feminino uti non licet.* 21, 8.

अन्यतः *adv.* aliunde, alio. F 2, 23.

अन्यत्र *adv.* 1) alibi. Ns 55. 2) *c. abl.* praeter, excepto. 20, 11.

अन्यथा *adv.* aliter, alio modo; sin minus K 73. — *c.* कृ mutare, invertere. 12, 3. *c.* नी depravare, perverse interpretari. B 54.

अन्येद्युस् *adv.* postero die, alio quodam die. 19, 12. (द्युः *e* दिवः)

अन्योन्य *pr. adi. cas. obl.* ἀλλήλων, alter alterum, mutuo F 1, 18. A 71. (*ex* अन्यान्य, *ut mihi videtur,* â *in* o *detorta et quasi correpta, ut in* परोक्ष)

अन्वय *m.* successio, series *impr.* parentum et propinquorum, familia, gens. 34, 22. F 3, 44. (इ)

अन्वित *v.* इ.

अन्वेष *m. nom. act.* quaerere. — -षिन् *adi. in fin. comp.* quaerens 36, 14. (इष्)

अप् *f. nom. pl.* आपः aqua.

अप *praep.* de, a.

अपमान *mn.* contemptio, despicientia. 11, 10. (मन्)

अपर *adi.* 1) remotior. 2) alius. 7, 11. alter, novus. A 50. एक अपर unus alter 33, 9. (अप)

अपराग *m.* animus alienus, odium, *e coni. positum* 26, 12. (रञ्ज्)

अपराध *m.* crimen, culpa. 11, 16. (राध्)

अपरीक्षित *adi.* inconsideratus *de re* 11, 22. *de pers.* 11, 17 (*ubi compos. est c. neutro*). (ईक्ष्)

अपरेद्युस् *adv.* postridie. R 52. (*cf.* अन्येद्युस्)

अपस्कर *m.* faeces, stercus. 4, 6. (कृ)

अपाप *adi.* qui crimen non commisit, criminis expers. F 3, 45. (पाप)

अपाय *m.* 1) *n. act.* abire. 2) declinatio, delictum, peccatum. 25, 17. (इ)

अपि *part.* 1) etiam, quoque. *Sententias sententiarumque membra connectit fere ut* च 12, 3. 20, 6; *cum* च *alternat* 27, 2; न - नापि 27, 6; च - चापि A 38. 39. 2) etiam, vel. 1, 6. एकस्यापि vel unius 2, 21; quanquam 12, 9. 21, 5; न अपि ne quidem Ri 10. *Praecedenti vocabulo pondus addit* A 39; *vocum quibus addi solet* भूयः 8, 12. *et* पुनर् 11, 11. 12, 15. 18, 3. *notionem vix auget.* 3) *Interrogativis additum ea reddit indefinita.* कुतोऽपि alicunde 2, 2 *v.* किं. 4) *Novi subiecti a praecedente diversi index est.* राज्ञापि 3, 21. सोऽपि 3, 22. 19, 22. 20, 21. 21, 3. 5. 24, 4. 26, 1. *Post instrum. ad passivum pertinentem* 7, 16. 28, 19. 5) *Numeralibus adiectum integrum numerum indicat* चत्वारोऽपि (alle vier) 13, 1. 22. 27, 16. 28, 4. *Post* उभौ 22, 19. सर्व 2, 19. B 62; *ab hoc seiunctum* F 1, 9. 6) अपि - यदि *pro* यद्यपि 3, 1. 7) *A sententiae initio interrogationi inservit* B 50.

अपेक्षा *f.* respectus. अपेक्षया in comparatione *cs. rei.* Ns 57. (ईक्ष्)

अप्सरस् *f.* nomen puellarum coelestium artibus amatoriis insignium. K 23. A 11 (अप् सृ?)

अफल *adi.* sterilis, sine fructu. P 17. (फल)

अबल *adi.* debilis. F 3, 6. (बल)

अबुध *adi.* stultus. F 3, 46. (बुध)

अब्ज *n.* nymphaea, nelumbium (quocum manus comparatur) B 2. (अप् जन्)

अब्द *m.* nubes, tempus pluviarum, annus (*cf.* वर्ष). K 77. (अप् दा)

अब्धि *m.* oceanus. B 71. (अप् धा)

अभि *praep.* ad. *Adiectivis praefixa vim addit.*

अभिजात *adi.* genere nobilis; urbanus. 24, 17. (जन्)

अभिज्ञ *adi.* gnarus, peritus *c. gen.* R 3. Ns 55. (ज्ञा)

अभिज्ञा *f.* vires divinae, quae Buddhae a sectatoribus ipsius ascribuntur (*cf.* सिद्धि). B 39.

अभिधा *f.* denominatio. 34, 9. B 33. (धा)

अभिधान *n.* narratio, declaratio. P 29; nomen 7, 5; lexicon Ns 53. (धा)

अभिप्राय *m.* consilium, mens, sententia. 9, 3. voluntas. 24, 14. desiderium. K 16. (इ)

अभिभव *m. n. act.* vinci, superari, opprimi. P 22. (भू)

अभिमत *adi.* gratus, acceptus. 37, 7; desideratus. R 4. (मन्)

*अभिहृत *n.* sonus, sonitus. R 18. (हृ)

अभिलाषुक *adi.* desiderans. 35, 18. N 42. (लष्)

अभिसारिका *f.* mulier, quae amasium visitat vel ad constitutum venit. 20, 20. (सृ)

अभीप्सु *adi.* desiderans *c. acc.* K 15. (आप्)

अभ्यन्तर *adi.* interior. *n.* intervallum. 18, 20. (*cf.* अन्तर)

अभ्यास *m.* vicinia, propinquitas; *adv.* -सं prope. R 25 (*Fortasse scribendum* अभ्याश *et ad r.* अश् *referendum*).

अभ्युत्थान *n.* surgere, assurgere alicui, in cs. commodum. P 42. (स्था)

अभ्युपाय *m.* subsidium, praesidium, artes, dolus. R 4. (इ)

अभ्र *n.* nubes. A 10. 32. (*cf.* अप् अम्भस्?)

अमर *adi.* immortalis, deus. P 39. A 34. — -त्व *n.* immortalitas. A 36. (मृ).

अमरावती *f. n. pr.* urbis Indrae dei. B 31.

अमात्य *m.* minister, qui regi a consiliis est. 24, 1. R 2. (अमा domi, una cum)

अमित *adi.* immensus, infinitus. 27, 1. (मा)

अमित्र *m.* hostis, inimicus. F 1, 1. 2, 7. A 76.

अमृत *adi.* immortalis. — *n.* ἀμβροσία, potus, quo dii immortalitatem sibi comparant. 28, 11. A 6. (मृ)

अम्बर *n.* vestimentum; coelum. A 76; *utraque significatio spectatur* N 49. 52. (*Depravatum volunt ex* अनु *et* वृ)

अम्बु *n.* aqua. Ri 8. 23. B 70. (*cf.* अप)

अम्बुज *n.* nymphaea, nelumbium. R 16. (जन्)

अम्भस् *n.* aqua. Ri 15. A 22. *ad* 19, 11. (*cf.* अप्)

अम्भोनिधि *m.* mare, oceanus. 37, 12.

अम्लवेतस *m.* rumex vesicarius. K 32. (अ° acidus, वे° calamus)

अयन *n.* annus dimidius, solis versus septentrionem vel meridiem iter. K 60. (इ)

अरण्य *n.* silva, locus incultus. 3, 8. 5, 14. R 26. (अरण *ved.* remotus)

अराति *m.* hostis. B 33. (रा dare)

अरि *m.* hostis. B 22. (रा)

अरिंदम *m.* qui hostes domat, coercet. F 3, 36. (दम्)

अरुण *adi.* ruber, rufus (gelbroth, rothbraun). K 94. N 45. 46. 54. *de leone* F 3, 29.

अरोगिता *f.* vacuitas morbi, sanitas. 26, 7. (रोग)

अर्क *m.* sol. K 20. P 12. (ऋच् radiare)

अर्घ्य *n.* oblatio aquae aliarumque rerum, imprimis hospiti debita. R 30. 68. (अर्ह्)

अर्च् *r.* 10 अर्चयति colere, venerari. R 67. B 10.

अर्चन *n.* veneratio, cultus. K 58. (*antec.*)

अर्चि *f.* A 32 *et* अर्चिस् *fn.* A 25. flamma. (ऋच् radiare)

अर्जुन *m. n. pr.* Arg'unac, Panduis filii. 12, 5.

अर्थ् *r.* 10 अर्थयति petere (*denom. ab* अर्थ)

— *c.* प्र petere, rogare *act. car.*, *med. cda.* 14, 5. 30, 11. F 3, 10.

अर्थ *m.* 1) id quod cupitur vel spectatur, propositum, consilium, finis, desiderium. *Accus., dat. et loc. genetivo adiuncti valent:* causa, gratia. अर्थं *in fin. comp.* तदर्थं eam ob causam 3, 18. किमर्थं quam ob rem (*unde adi.* किमर्थ K 76) 2, 22. 24, 1. 28, 16. *c. subst.* 32, 6. 33, 7. F 3, 9. अर्थाय *in f. comp.* R 20. अर्थे *c. gen.* 12, 20. 28, 6. *in f. comp.* 26, 19. *C. gen. p.* सहायार्थं comitis causa, ut sit comes. K 26. B 29. 2) commodum, lucrum. F 1, 2. 3) *Inter tria, quae secundum Indorum computationem homo appetit et consectatur, est* अर्थ utile 16, 18. 53, 19. K 1; *reliqua sunt* काम dulce *et* धर्म honestum, *quibus interdum adiicitur quartum* मोक्ष liberatio. 4) res agenda, negotium B 2. 5) res, ad quam pertinet alqd. R 4. 6) res, opes, bona, divitiae. 11, 9. 26, 6. F 1, 28. 7) res verbis vel signis significata, argumentum, significatio, sententia 6, 9. 17, 8. F 1, 2. B 14. **Apud scholiastas* vis vocabulorum ad verbum expressa *opp.* भाव sententiae eloquendi circuitu explicandae. Ns 41. (ऋ adniti?)

अर्थवत् *adi.* significans, aptus *de sermone* F 1, 21. P 2. (अर्थ)

अर्थिन् *adi.* qui petit *rem*, *re* indiget, *rem* desiderat, *in f. comp.* F 3, 1. R 13. Ri 15; pauper 24, 11. (अर्थ)

अर्द् *r.* 1 अर्दति laedere, vexare. *caus.* अर्दयति *id.* A 80. *part.* अर्दित *in f. comp.* 33, 7. F 3, 30. A 84.

— आ *id.; part.* आर्त्त *idem quod* अर्दित *et cum eo alternans* (MBh I, 5929. 5931) R 57. (*Minus placet, maxime propter vocabuli usum, originatio a r.* ऋ (*part.* ऋत) *c.* आ afficere, inferre)

अर्दन *v.* जनार्दन.

अर्द्ध *adi.* dimidius 4, 12. 17, 15. 28, 19. — *n.* dimidium 4, 1. 10, 8. (*Origo perquam obscura est, unde non satis constat an scribendum sit* अर्ध)

अर्द्धचन्द्र *m.* 1) luna dimidia 2) figura lunae dimidiatae unguibus in cute facta. Naish. VI, 25. 3) manus lunae in-

star incurvata, qua collum alicuius torqueatur. *Cf.* Râghava *apud* Aufrecht Cat. p. 202. — -ं दा manum iniicere alicui foras protudendo. 8, 13. (*Beng.* गलहस्त प्रदान पूर्वक) Panc'. 26, 23.

अर्धरात्र *m.* nox media. 8, 16. (रात्रि)

अर्प् *cf.* ऋ.

अर्पण *n.* impositio, applicatio, ornatus. Ri 8. (ऋ)

अर्ह् *r.* 1 अर्हति 1) mereri, dignum esse 2) *c. inf.* habere quod. न दातुमर्हति non est quod det. P 20. 3) *c. inf. in rogatione modesta pro imper.* K 63. A 20.

अर्ह *adi.* dignus. 35, 5. *tanto pretio* constans. R 69. (अर्ह्)

अलक्तक *m.* lacca, coccum. Ns 46.

अलक्ष्य *adi.* qui animadverti non potest, in conspectum non cadit. 30, 11. Ns 47. N 48. (लक्ष्)

अलंकार *m.* ornamentum. K 55. (कृ)

अलम् *adv.* satis. — *c.* कृ ornare 34, 3. (*Olim* अरं praesto)

अलम्बुषा *f. nom. pr.* Apsarasis. K 23.

अलीक *adi.* falsus, adulterinus. Ns 52.

अल्प् *r.* 10 अल्पयति deminuere. N 54. (*Denom. ab* अल्प)

अल्प *adi.* paucus, exiguus. 3, 1. (स्वल्पतर). Ns 47. (अल्पतम). -ता paucitas. Ns 54.

अव *praep.* de; *motum qui deorsum fit notat.*

अवगाह *m.* immersio, lavatio. Ri 1. (गाह्)

अवतार *m.* descensus, *praesertim* dei, assumpta forma humana vel alia. 19, 9. (तॄ)

अवदारण *n. nom. act.* effringere, dirumpere; instrumentum, quo effringitur. A 77. (दॄ)

अवध्य *adi.* non occidendus 11, 14. 22, 9. (वध्)

अवमानिता *f.* contemptio. 30, 3. (अवमान, मन्)

अवयव *m.* membrum *corporis.* Ns 47. (यु?)

अवर्षण *n.* defectus pluviae. 22, 6. (वृष्)

अवलम्बिन् *adi.* innixus *rei.* B 68. (लम्ब्)

अवलुम्पन *n. nom. act.* prosilire, subsilire. F 2, 21. (लुप्)

अवलोकन *n.* observatio, contemplatio. 19, 5. Ns 43. (लोक्)
अवश्यं *adv.* necessario. F 1, 12. (वश्)
अवसर *m.* opportunitas, tempus opportunum, tempus. 2, 1. 16, 9. Ns 44. (सृ)
अवसेचन *n.* aspersio. P 9. (सिच्)
अवस्था *f.* conditio, status. P 46. (स्था)
अवस्थान *n.* mansio, commoratio. 19, 19. (स्था)
अवहास *m.* derisio, iocus. K 76. (हस्)
अवाञ्च् *adi. f.* ई *in comp.* -वाक् deorsum conversus. P 53. Ri 13. (अञ्च्)
अवार्य *adi.* qui arceri, cui resisti nequit. 22, 2. (वृ)
अविचार *m.* inconsiderantia. 12, 10. (चर्)
अविनय *m.* mores corrupti 30, 4. — -वत् *adi. poss.* 26, 11. (नी)
अविनीत *adi.* immodestus, indecorus. 26, 10. (नी)
अविरुद्ध *v.* रुध्.
अवीज *adi.* sine semine. P 3.
अव्यग्र *adi.* tranquillus, quietus, pacatus. F 1, 9. *cf.* व्यग्र.
अव्यय *adi.* destructionis expers, incolumis. B 46. (इ)
अव्रत *adi.* qui ceremoniis officiisque religiosis deest. 27, 7.
1. अश् *r.* 5 अश्नाति attingere, pervenire ad qd., adipisci. *med.* P 57. 58.
— *c.* उप *id. med.* P 45. 60.
2. अश् *r.* 9 अश्नाति edere, frui. F 2, 11. P 7.
अशक्त *adi.* incapax, ineptus *c. loc.* F 1, 4. (शक्)
अशन *n.* cibus, alimentum. *In fin.comp.* F 2, 21. 3, 5. P 58. (अश्)
अशस्त *adi.* exsecrabilis, infausti ominis. 13, 10. (शस्)
अशुभ *adi.* infelix, infaustus, improbus. 13, 12. P 46. (शुभ्)
अशेष *adi.* sine residuo, totus, universus. Ri 19. (शिष्)
अशौच *n.* impuritas. 17, 4. (शुच्)
अश्रु *n.* lacruma. 25, 12. 34, 6.
अश्लेषा *f.* mansio lunaris nona in cancro collocata. 13, 11.
अश्व *m.* equus. 22, 5.
अश्वमेध *m.* sacrificium equinum, *olim gravissimum.* P 28. (मेध)

अष्टन् *nom.* अष्ट 3, 13 *et* अष्टौ 3, 11 octo. F 1, 25. K 55.
अष्टम *adi. f.* ई octavus. 13, 7. (अष्टन्)
1. अस् *r.* 2 अस्ति esse. *Tum valet* exstare, reperiri, fieri 1, 10. K 23, *et* versari, morari 7, 21, *tum subiecto et praedicato inter se copulandis inservit, non tamen necessario, nam saepissime deest, imprimis tertia persona post partic. praet. pass. — Part. praes.* सत् *adiectivis et participiis additur, ut actionum, quae narrantur, successionis notio tollatur vel alterius perpetuitas indicetur.* 9, 2. 16, 3. 19, 1. 5. 28, 12. 35, 17. 37, 5. F 2, 26.
2. अस् *r.* 4 अस्यति iacĕre, proiicere.
— *c.* नि deponere, imponere. Ns 46.
— *c.* उप + नि exponere, argumentari, ratiocinari. B 42.
— *c.* वि + नि deponere. B 65; imponere, applicare. B 44.
— *c.* सं + नि deponere, dimittere B 8; *c. loc.* collocare, transferre. F 3, 38.
— *c.* निः expellere, depellere, abigere. B 65.
— *c.* सं congerere. *cf.* समस्त
असकृत् *adv.* haud semel, saepius. F 2, 5. (सकृत्)
असम *adi.* cui par non est, incomparabilis. 4, 4. (सम)
असमर्थ *adi.* non potens *rei,* non idoneus. *c. inf.* 2, 21.
असह्य *adi.* intolerabilis. Ri 10. (सह्)
असि *m.* ensis. A 68.
असित *adi.* ater, caliginosus. N 54. (सित)
असु *m.* (*vulgo plur. tant.*) spiritus vitalis, animus. A 33. (अस्)
असुर *m.* Asurae, daemones, deorum inimici. A 8. (असु)
अस्तमय *m.* occasus *solis.* Ns 55. (अस्तं domi, इ)
अस्थि *n.* os, ossis 4, 7. 14, 2.
अस्मत् *thema pron.* 1 *pers. pl.* nos. *Pro singulari, dignitatis causa* 21, 9.
अह् r. *defect., in quibusdam perfecti tantum personis superstes,* loqui, dicere K 24. *car.* 36, 22. आहुस् *indef.* dicitur. 13, 12.

अह् *c.* प्र *id.* 36, 7.

अहं *nom. sing. pron.* 1. *pers.* ego. 6, 14. 24, 22.

अहस् *et* अहर् (*in nonnullis casibus* अहन्) *n.* dies 8, 10. K 73. 76. अहरहर् quotidie 20, 13. *In fin. comp.* अह्न 5, 2.

अहर्निश *n.* νυχθήμερον. *adv.* die ac noctu, continuo. 36, 1. K 59. (निशा)

अहि *m.* serpens, anguis. 5, 11.

अहिंसा *f.* virtus innocui, qui nullum animans laedit. P 57. (हन्)

अहो *interi. admirantis, laetantis, querentis. Seq. nominativus.* K 14. 57. (25, 13 *e coni.*)

आ

आ *praep.* ad, usque ad; *c. abl. significat terminum* usque ad *et* inde a. B 66; *idem valet in adv. composito* आवृद्धबालकं omnes non exceptis senibus nec infantibus B 66. 2) *Adiectivis praefixa deminutionem indicat* haud prorsus, *maxime in coloribus:* आताम्र subrufus. B 41. Ri 21. Ns 45.

आकाङ्क्षिन् *adi. in fin. comp.* desiderans, appetens. F 3, 33. (काङ्क्ष्)

आकार *m.* forma, figura. R 38. A 10; vultus, corporis habitus. 6, 13. R 48. (कृ)

आकालिक *adi.* quod praeter iustum aut solitum tempus fit. K 44. (अ, काल)

आकाश (*m*)*n.* aer, aether. 30, 15. K 27. 93. (काश्)

आकीर्ण *v.* कॄ.

आकुल *adi.* confusus, perturbatus. 36, 21. A 42. Ri 20. 2) tam repletus, ut oriatur confusio 4, 8. K 20. (कुल्)

आकुलित *adi.* perturbatus. 37, 17. F 2, 10. (*antec.*)

आकृति *f.* forma, figura. 10, 5. F 3, 7. 15. K 54. 55. (कृ)

आक्रीड *mn.* hortus. 4, 8. (क्रीड्)

आक्षेप *m.* convicium, maledictum, probrum. B 42. (क्षिप्)

आखु *m.* mus. F 1, 3. (खन्)

आखेटक *m.* venatio. 5, 1.

आख्या *f.* appellatio, nomen. *In fin. comp.* 33, 3. Ns 47. (ख्या)

आख्यान *n.* narratio, qualis in carmine epico continetur. 65, 1. (ख्या)

आगम *m.* adventus. 25, 4. 36, 14. 2) accessio, incrementum *scientiae.* 30, 8. 3) doctrina. B 8. corpus doctrinae et legum apud Buddhae asseclas. B 4. (गम्)

आगमन *n.* adventus. 20, 17. 33, 7. (गम्)

आगार *m.* (*etiam* अगार) conclave, domus. (गृ)

आघात *m.* percussio, ictus, plaga, vulnus. 10, 5. (हन्)

आचार *m.* vivendi ratio, mores. B 14. (चर्)

आज्ञा *f.* iussus, praeceptum. K 50. P 56. B 65. (ज्ञा)

आढ्य *adi.* dives, abundans *re, c. instr.* 1, 18. 35, 10. K 30. P 58. (ऋध्)

आतप *m.* calor et lux solis. Ri 10. B 41. *etiam* lunae lux. B 20. (तप्)

आतपत्र *n.* umbella, umbraculum. Ri 18. (त्रै)

आतुर *adi.* vexatus, aegrotus. 13, 12. 16, 14. F 3, 30. (तुर्व् superare)

आत्मक *adi. fem.* आत्मिका *in fin. comp. idem quod* आत्मन् 3) 13, 8. B 21.

आत्मज *m.* filius. R 53. (जन्)

आत्मन् *m.* spiritus, animus, mens. P 47. 2) *pronominis reflexivi vice fungitur, ita ut plerumque ad logicum, non grammaticum orationis subiectum referatur. In nominat.* 28, 3. P 24. *in cass. obl.* 29, 4. K 54. 82. 86, *in init. comp.* (suus, meus etc.) 37, 11. F 1, 4. (*pro gen. obi.*) K 84. *In fine comp. significat* ipsissimam alicuius naturam (das Selbst) et *subiicitur adiectivis, ubi fere superfluum est.* पापात्मन् 25, 13 *nil aliud est atque* पाप; महात्मन् *non* magnanimus *est, sed* magnus, insignis. *Sic* F 1, 1. 3, 46. A 15. 42. *Rarius premitur reddique potest*: अकृतात्मन् qui ipse nil fecit. P 10. 3) natura, proprietas, *in fin. comp. substantivis annexum* constans re. P 51. *Idem est* आत्मक 13, 8. B 21. (अन्)

आदर *m.* respectus ad qd, attentio. 36, 17. reverentia, studium. सादरं Ns 43. (दृ)

आदि *m.* initium. 33, 6. 43, 22. 80, 19. *In fin. comp. adiect. seriem indicat, cuius reliqua praeter primum membra subaudiuntur et respondet nostro* et cetera, et id genus alia. 5, 17. 8, 22. 17, 21. 28, 13. 33, 2. N 47. *Etiam particulae praemitti possunt* इत्यादि 33, 3. 19. 36, 3. एवमादि 1, 18. (दा)

आदिक *in eorundem compositor. fin.* 21, 4.

आदित्य *m.* filius Aditis, *quae infinitum significat coelum.* 2) sol. 21, 15. A 46. 71. B 59. (दो)

मल *mn.* sordes. 23, 15. *ad* 19, 11. — *adi.* miser, humilis. 32, 12. *cf.* मलिन = निकृष्ट *Mallin. ad Çiç.* 9, 23. (मृ = मृद्)
मलय *m.* mons in Malabaria situs. 32, 15. K 45.
मलिन *adi.* sordidus, turbidus. 4, 9. humilis. B 38. (मल)
मस्तक *mn.* caput. 5, 21. 25, 22. 26, 11.
मस्तिष्क *m.* cerebrum. 4, 7.
महत् *adi. f.* ी magnus. 2, 9. 11, 16. 18, 14. gravis *de re.* F 1, 6. longus *de tempore.* F 1, 3. *de narratione.* 36, 20. *In init. comp.* महा, *ut* महाराज 2, 14. *cet. et adverb. ante adi.* महाघोर valde terribilis. A 73. (*part. radicis in* मंह् crescere, मह् honorare *servatae.*)
महस् *n.* lux, lumen. B 69. (*id.*)
महात्मन् *v.* आत्मन्.
महादेवी *f. nom. propr.* mulieris. 29, 13. (देवी)
महाधन *m. nom. pr.* viri. 17, 9. (धन)
महाबल *m.* magno robore praeditus. F 2, 10. — *n. pr.* viri. 29, 11. (बल)
महाभय *m.* terribilis, formidolosus. A 74, 83. (भी)
महाभाग *adi.* cui felicissima sors contigit, augustus. K 63. 69. (भाग)
महाभारत *n.* nomen magni Indorum poematis epici. 41, 1. (भरत)
महामत *adi.* maximi aestimatus, aestimandus. F 3, 8. (मन्)
महाराज *m.* rex, imperator. *Reges hoc ornandi erant titulo,*

ex quo राजन् *nomen vel simplicibus maiorum fundorum possessoribus inditum est.* 2, 14. 37, 1.

महाराष्ट्र *n.* regio Mahrattorum hodie dicta. Ns 47. (राष्ट्र)

महासती *f.* femina omnibus virtutibus ornata aut omnibus functa officiis, quae lex religiosa postulat (*e. gr. ut coniugis defuncti rogum ascendat*). 27, 9. (अस्)

महासिद्धि *v.* सिद्धि.

महिमन् *m.* 1) magnitudo. 2) facultas divina aut magica, maximam quamque formam induendi. 3, 12. (मह्)

महिष *f.* ी bubalus. Ri 21. 2) regina. 12, 6. (*id.?*)

मही *f.* terra. R 67. A 63. 82. Ri 10. (*id.*)

महीधर *m.* mons. A 30. (*antec. et* धृ)

महीपति *m.* rex. R 2. (पति)

महीपाल *m. id.* 25, 8. (पाल)

महेश्वर *m.* cognomen Çivae. A 52. (ईश्वर)

मा *part.* ne *c. imper.* 18, 7. 36, 5. *c. aor. sine augm.* 9, 16. B 63.

मा *r.* 2 माति 3 मिमीते metiri. *part.* मित *q. v.* अमेय immensus. A 15.

— *c.* अनु metiri *qa re*, colligere. B 2.

— *c.* निः definire 12, 2. formare, creare. K 83.

— *c.* वि + निः formare, creare. N 48. 57.

— *c.* परि परिमेय qui metiri potest, non ita magnus aut multus. Ns 53.

— *c.* प्र metiri, emetiri. A 2.

मांस *n.* caro. 34, 17. F 2, 15.; 4, 13.

मातुल *m.* avunculus. F 1, 7. 18. 20. (*seq.*)

मातृ *f.* mater. 19, 22.

मात्रा *f.* mensura, modus. *Quum mensura sua id sit, quod non excedit, ultra quod non progreditur res quaecunque, alii vocabulo subiungitur, ut notio vocum* tantum, solus; vixdum, tantum quod *accedat; quod ita oritur compositum, generis neutrius* 9, 14 *aut adverbium est.* F 1, 24. A 76. *addito* -ता *abstr.* B 5. (मा)

मादृश् *adi.* mei similis. 35, 5. (मत् *et* दृश्)

माधव *adi.* vernus. 22, 5. (मधु ver.) 2) *m.* cognomen Vishnuis et nomen viri scriptis theologicis clarissimi. Inde

माधवीय *adi.* a Mâdhava conscriptus. 93, 1.

माधुर्य *n.* dulcedo. 19, 4. K 43. (मधुर)

मान् *r.* 10 मानयति honorare. 35, 7. (*seq.*)

मान *m. n. act.* magni aestimare; honos *ci* redditus. 37, 4. (मन्)

मानव *m.* homo. 35, 20. (मनु)

मानस *adi.* ad animum pertinens. P 60. — *n.* 1) animus *i. q.* मनस् 27, 7. F 2, 7. 2) lacus eius nominis in Himâlaya situs. 33, 2. (मनस्)

मानुष *adi. f.* ी humanus. P 18. B 16. — *m.* homo. P 1. (मनुष)

मानुष्य *n. n. abstr.* hominem esse; conditio humana. P 12. B 13. (*id.*)

माया *f.* fraudatio, fraus, fallacia. 17, 3. A 54. (मा)

मारिषा *f. nom. propr.* mulieris. K 96.

मारीच *m.* daemon in Râmâyana descriptus, Râvanae frater. *ad* 4, 5.

मारुत *m.* ventus. P 12. Ri 20. (मरुत् *id.*)

मार्ग *m.* via. 2, 5. 4, 11. 17, 14. eundi ratio, ordo. 33, 20. (मृज्)

मार्जार *m.* felis. F 1, 1. (मृज् abstergere, quae membra semper lambit.)

माला *f.* corolla, sertum. 7, 12. *ad* 4, 5.

मालाकार *m. f.* ी coronarius, genus hominum lenociniis famosum. 19, 11.

मालित *adi. in fin. comp.* corona circumdatus. *ad* 4, 5. (माला)

मालिन् *adi. in fin. comp. id.* Ri 18. (*id.*)

मास् *m.* luna. *v.* चन्द्र° (मा)

मास *m.* mensis. K 60. 79. (*id.*)

मासोपवासिनी *f.* mulier impudica. 36, 15. 37, 3.

माहात्म्य *n.* magnitudo; liber s. caput de loci alicuius sancti virtutibus. 58, 9. (महात्मन्)

मित *adi.* cuius mensura iniri potest, non immensus. 26, 22. (मा)

मित्र *n.* amicus. 2, 13. 6, 3. 9, 5. *cet.* (मिद् amare मिथ्?)

मिथ्या *adv.* falso. P 32. *init. comp.* P 29. (मिथ् मिथस् mutuo.)
मिथ्याकोप *m.* ira simulata. 7, 17. (कोप)
मिल् *r.* 6 मिलति convenire. 20, 15. congregari, *impr. ad coetus sacros. caus.* मेलयति. B 32.
मिश्रकेशी *f.* nomen Apsarasis. K 23. (मिश्र mixtus; केश)
मिष्ट *n.* bellaria, dulciola. R 6. (मिष् spargere?)
मीन *m.* piscis. Ri 19.
मील् *r.* 1 मीलति nictare, connivere. 10, 9.
मुकुट *n.* crista, diadema, tiara. 10, 8. (4, 21. 22.)
मुकुर *m.* speculum. N 53.
मुकुल *mn.* calyx, gemma florum semiaperta. -लीकृ *de manibus suppliciter iunctis.* B 2.
मुख *n.* os (oris). 21, 5. Ri 3. vultus. 4, 13. 7, 21. Ri 9. *in fin. c. f.* ी. 7, 20.
मुख्य *adi.* primarius, principalis. N 53. *in f. c.* R 12. A 56. (*ant.*)
मुच् *r.* 6 मुञ्चति *part.* मुक्त liberare, dimittere, laxare, solvere. 17, 20. 22, 11. *de coma.* 25, 10. emittere *de telo.* A 77. N 53.
— *c.* वि liberare. P 60. exuere *vestes.* Ri 7.
मुण्ड *mn.* caput *impr.* calvum. *ad* 4, 5 (मुड् tondere.)
मुद् *r.* 1 मोदते laetari. B 19. *part.* मुदित F 2, 7. K 57. hilaris. K 74.
— *c.* प्र valde laetari. R 39.
मुद् *f.* gaudium, lascivia. F 3, 27. A 86.
मुनि *m.* taciturnus; anachoreta taciturnitati obstrictus (Bhartr. 2, 44); *tum* anachoreta *quivis.* 11, 11. K 1. doctus. 20, 20. sapiens. 35, 2. (मू ligare *cf.* मूक)
मुर्छ् *r.* 1 मूर्छति animo linqui, conturbari. *part.* मूर्छित torpens, cuius animus et sensus deficiunt. 6, 3. (*Fort. ab origine*: oculos claudere.)
मुष् *r.* 9 मुष्णाति furari. *ad* 30, 1.
मुष्टि *mf.* pugnus. A 72. (मुष्?)
मुस्त *m.* graminis species, cyperus rotundus. Ri 17.
मुह् *r.* 4 मुह्यति sopiri, conturbari, stupescere. *part.* मूढ de-

mens. 37, 18. A 55. *caus.* मोहयति torpidum reddere, animae defectionem efficere. A 51. (*cf.* मुर्छ्)

मुह् c. वि animo conturbari, desipere. *med.* R 40. *caus. part.* K 51.

मुहुर् *adv.* iterum ac saepius. R 37. A 79. Ri 13. *iteratum. id.* 25, 13. R 48. (*propr.* punctum temporis; मुह् = मिष् मील्)

मूक *adi.* mutus. 24, 16. (मू ligare.)

मूढ *v.* मुह्.

मूर्ख *adi.* stupidus, stultus. 4, 17. — -त्व *n. abstr.* 17, 3. (मुर्छ्)

मूर्छना *f.* tonus aut semitonium in diagrammate musico. 33, 4. (मुर्छ् *cf.* मुहुर्)

मूर्छित *v.* मुर्छ्.

मूर्ति *f.* forma corporis. A 52. B 64. (मुर्छ् *part.* मूर्त)

मूर्धन् *n.* caput. N 45.

मूल *n.* radix *plantae.* F 3, 1. K 7. radix, origo, causa. 26, 9. 33, 18. pars infima, locus sub qd. situs, vicinia. F 3, 8. 23. R 57. 2) *mn.* statio lunaris decima nona, stellas in cauda scorpionis complexa. 13, 11.

मूल्य *n.* pretium pro re empta datum. 2, 20. Ns 52. (*antec.*)

मूषिक *m.* mus. F 1, 5. 2, 6. (मुष्)

मृ *r.* 4 म्रियते *part.* मृत mori. 6, 6. 9, 14. (*ab origine* conteri *cf.* मृद्)

मृग *m.* animal venaticum, *impr.* dorcas. 12, 4. F 2, 4. K 9. 2) statio lunaris quinta, *plerumque* मृगशिरस् *s.* मृगशीर्ष *appellata,* stellas Orionis nonnullas complexa. 13, 11. (मृज्)

मृगनाभि *m.* castoreum, moschus. Ns 56. (नाभि)

मृगपति *m.* animalium rex; *tigris.* F 3, 22. (पति)

मृगया *f.* venatio. 5, 1. (मृग)

मृगराज *m.* animalium rex; *tigris.* F 2, 12. (राज)

मृगाधिप *m.* animalium rex; *leo.* Ri 14. (2 पा)

मृगेन्द्र *m. id.*; *leo.* Ri 27. B 70. (इन्द्र)

मृज् *r.* 2 मार्ष्टि *part.* मृष्ट fricare; abstergere. K 93; illinere, ungere. N 56. *caus.* मार्जयति abstergere. Ns 54.

मृज् c. निः abstergere. K 94.
मृणाल mn. fibra in cauli nymphaeae. Ri 19.
मृतक n. cadaver. 4, 2. 21, 3. (मृ)
मृत्यु m. mors. 29, 19. F 3, 14. (*id.*)
मृद् r. 9 मृद्नाति conterere.
मृषा *adv.* falso. K 77. (मृष् tolerare, missum facere.)
मेखला *f.* cingulum, zona, *impr.* muliebris. Ri 4. 6.
मेघ *m.* nubes. F 3, 24. A 80. *ad* 4, 5. (मिह् effundere.)
मेध्य *adi.* purus, ad sacrificium aptus. K 7. (मेध sacrificium.)
मेनका *f.* nomen Apsarasis. K 22.
मेरु *m.* nomen montis sacri, fabulosi, in septentrione siti. 33, 1. A 1.
मैत्र *n.* amicitia. K 88. *Ita leg.* 10, 1. (मित्र)
मैथुन *n.* amores. 3, 3. (मिथुन par diversi sexus.)
मोक्ष *m.* liberatio, *impr.* animae a transitione in alia corpora, summa beatitudo. *cf.* अर्थ. K 1. (मुच्)
मोचन *n.* liberatio, dimissio. 33, 14. emissio. Ns 53. (*id.*)
मोटन *n.* compressio. 36, 5. (मुट् conterere.)
मोदक *m.* bellaria, dulciola. R 35. (मुद्)
मोह *m.* perturbatio mentis *act.* K 83. *pass.* P 35. (मुह्)
मोहन *n.* mentis perturbatio. B 15. — *m.* una e sagittis Amoris. 5, 19. 2) *n. pr.* viri. 37, 2. (*id.*)
मोहिन् *adi.* infatuandi et occoecandi facultate praeditus. A 54. (*id.*)
मौन *n.* silentium. 24, 10. 16. K 10. P 56. B 44. (मुनि)
मौनिन् *adi.* silentium observans. 10, 9. (*antec.*)
मौल्य *n.* pretium. 2, 21. (मूल)
म्लान *adi.* marcidus. B 61. (म्लै marcescere. *cf.* मृ)

य

य *them. pron. relat. v.* यत्. P 12.
यक्ष *m.* semideorum genus, amori valde deditum. 21, 11.

यज् *r.* 1 यजति *absolut.* इष्ट्वा sacrificare. P 29.
यज्ञ *m.* sacrificium. P 28. 29. 48. (*antec.*)
यत् *r.* 1 यतते niti, operam dare. *part.* यतित. F 2, 5. (*cf.* यम्)
— *c.* आ *part.* आयत्त pendens *ex qa re.* B 46.
यत् *thema pron. relat.* यः या यत् qui. *Enunciatio relativa praemitti solet demonstrativae.* 2, 16. 22 *cet.*; *praemissi demonstrativi vis augetur.* 26, 4. *Adiungi possunt demonstrativa*: यो ऽसौ—स idem ille qui—is. 7, 14. *Bis in eadem propositione diversis casibus ponitur.* P 44. *cf.* यत्र यदा Ns 55. *Iteratum* यद्यत् *resp.* तत्तत् *valet* quicunque. P 45. — *Neutrius casus in coniunctiones abeunt:* 1) यत् quod, quia. 6, 19. 23, 2. *seq.* तेन 8, 2. तस्मात् F 1, 24. ततः N 46. *Praemittitur, si alicuius verba referuntur, ut ὅτι,* ऽऽ. 38, 2. 2) येन eo quod, quia. 29, 3. K 89. quo (eo ut), ut. 3) यस्मात् dum. 3, 15.
यतस् *adv.* abs qua parte, quorsum *seq.* ततः A 23, 46. 2) quia. *Praemittitur distichis ad narrationem illustrandam insertis.* 13, 7. 33, 16. (य)
यति *m.* homo religiosus, qui rebus renunciavit. B 16. (यत्)
यत्र *adv.* ubi. 7, 3. *cet. pro* यस्मिन् 26, 5. R 52. (य)
यथा *adv.* quomodo, quemadmodum. F 2, 2. *resp.* तथा P 19. *repetit.* quo magis, quo saepius. 20, 2. *de tempore* ubi, prout. Ri 12. 2) sicut; *in composs. adverb.* यथागतं sicut advenerant. F 1, 26. 3, 5. A 85. *cf.* यथा आगताः K 52. यथाकामं ad arbitrium. K 87. *alia* F 1, 8. 2, 23. K 90. यथा तथा *s.* यथा स्यात् तथा *verbum scholiastarum est, quo indicant vocabulum, quod explicant, adverbium esse.* Ns 48. 3) *in comparatione* quemadmodum, sicut, instar. 12, 1. F 3, 7. *seq.* एवं P 62. (य)
यथातथं *adv.* ut res se habet, vere, convenienter. F 1, 23. 2, 1. (तथा)
यथाकार्यं *adv.* ut res, negotium postulat. 22, 11. (कृ)
यदा *adv.* quando. *resp.* तदा 7, 2. 29, 8. N 55. (य)

यदि *conj.* si. *resp.* तदा 6, 5. 7, 18. *etc.* तर्हि 4, 3. 27, 13. 2) *praemittitur particulae* वा, *quae ab initio poni nequit.* K 41. 3) यद्यपि *s.* अपि यदि etiamsi. 3, 1. (य)

यद्वत् *adv.* sicuti. 36, 15. (वत्)

यन्तृ *m.* qui coercet, *impr. equos*, auriga. K 40. (यम्)

यंत्र *n.* instrumentum s. omne, quo quid coercetur, regitur, comprimitur, *Zwinge.* यंत्रेण vi. A 21. machina. *v.* तल्प° (यम्)

यंत्रोपल *n.*? mola, catillo (उपला) et meta constans. B 55.

यम् *r.* 1 यच्छति *part.* यत cohibere, refrenare, regere.

— *c.* आ extendere *v.* आयत

— *c.* नि coercere, refrenare. F 3, 1.

— c. सं *id.* K 4.

यम *m.* deus mortis. 34, 17. (*antec.*)

यमसादन *n.* inferi, orcus. 13, 18. (सादन aedes, *r.* सद्)

ययाति *m. nom. pr.* viri. P 27. B 49.

यशस्विन् *adi.* clarus, gloriosus. *ad* 26, 6. (यशस् gloria, laus.)

यष्टि *mf.* columna. 2) funiculus, linea margaritarum. Ri 8.

या *r.* 2 याति ire. 4, 4. 13, 18. 25, 8. *cet. de tempore* abire, transire. 5, 13. *c. nom. abstr.* fieri. पाण्डुतां या album reddi. Ri 9. 2.

— *c.* अभि adire, advenire. F 3, 9.

— *c.* आ advenire. 8, 6. 15, 2. 33, 3. 7. *cet.*

— *c.* उप + आ *id.* R 66.

— c. सं + आ *id.* 2, 3. 3, 22. 5, 16. 8, 3. *cet.*, *impr.* ubi alii iam sunt. 9, 13. 13, 1. B 51. redire. 7, 11.

— *c.* उप adire, petere. Ri 23.

— *c.* निः foras egredi. 20, 19.

— *c.* प्र proficisci. F 2, 21. R 41.

— *c.* सं accedere. 28, 15. congredi. P 40.

याच् *r.* 1 याचति rogare, postulare. *med.* 24, 2. 37, 7. *puellam* petere. 16, 10.

याचन *n. nom. act.* petere *puellam.* 16, 9. (*antec.*)

यायात्म्य *n.* conditio, natura, indoles. Ns 55. (यथा *et* आत्मन्)

यादृश *f.* ी qualis. 27, 20. P 4. (दृश्)

यान *n.* vehiculum cuiusvis generis, currus, navis, iumentum. R 66. P 51. (या)

यामातृक *m.* gener. 19, 22. (*scribitur etiam* जा°)

याव s. यावक (*schol.*) *m.* pigmentum e lacca, cocco factum, quo mulieres labia infucant. N 46.

यावत् *adi.* quantus. *resp.* तावत् Ns 41. 2) *adv. resp.* तावत् quamdiu. 35, 20. dum. 5, 15. 18. 9, 12. 10, 21. 20, 8. vixdum (*resp.* quum) 18, 4. 28, 8. 36, 4. *c.* न antequam. 21, 15. *sine* तावत् donec. 8, 3. *in init. comp. adv.* यावज्जीवं per omnem vitam. 35, 3. (य)

यु *r.* 9 युनाति iungere. *part.* युत q. v.

— *c.* सं coniungere. *part.* K 10. P 9. A 6.

युक्त *adi.* coniunctus, praeditus *re.* F 1, 6. *in comp.* 4, 6. 26, 17. 35, 17. K 72. 2) sedulus, industrius. P 38. 3) aptus, conveniens, decens. 34, 3. 36, 11. Ns 46. (युज्)

युक्ति *f.* conclusio, ratiocinatio. B 40. (*id.*)

युग *n.* iugum. 2) aetas mundi, quas quatuor sumunt. 30, 2. (*id.*)

युगपत् *adv.* simul, una. Ns 46. (पत्)

युग्मक *n.* par. 13, 14. (युज्)

युज् *r.* 5 युनक्ति iungere, *vehiculo* subiungere. 12, 4. *re* instruere. R 69. *pass.* occupari, negotio intentum esse. *v.* युक्त. decere: युज्यते decet *c. gen.* 37, 8. *caus.* योजयति iungere, instruere. *part.* R 38.

— *c.* सं + आ *part.* praeditus *re*, intentus *rei.* P 36.

— *c.* नि iniungere alicui negotium *cap. et loc. r.* 23, 2.

— *c.* सं + नि *caus.* *id.* K 24.

— *c.* प्र iungere *vehiculo.* K 40. adhibere, applicare. प्रयोज्य a *schol. additur ad vim instrumentalis indicandam.* Ns 43.

— *c.* वि seiungere. 33, 9.

— *c.* सं coniungere. 38, 7. *part.* praeditus. K 55. P 34.

युत *adi.* coniunctus. 33, 13. R 6. praeditus, instructus re. 1, 17. (यु)
युद्ध *n.* pugna, proelium. A 74 (*seq.*)
युध् *r.* 4 युध्यते pugnare. F 2, 25.
युध् *f.* pugna. A 69. (*antec.*)
युधिष्ठिर *m. n. pr.* Panduidarum natu maximi. 69, 7. (स्था)
युवन् *adi.* iuvenis. 19, 6. F 2, 5.
युष्म *et* युष्मत् *them. plur. pron. secundae pers.*
यूथ *mn.* grex, animalium caterva. Ri 17. (यु)
यूथप *m.* gregis dux. F 2, 4. (2. पा)
योग *m.* coniunctio. F 1, 12. N 46. 2) rerum, quae eveniunt, iunctura et dispositio, institutum et consilium divinum, *Fügung.* 20, 15. F 3, 34. 3) ratio qua quis se totum in dei cognitione collocat, mystica cum deo unio contemplatione et corporis domitu impetranda eiusque rei vario modo acquirendae contentio. P 51. B 25. (युज्)
योगिन् *adi.* qui impetrando huic *yogae* studet, devotus, asceta. 24, 19. *Sed quum plena numinis divini societas etiam naturae dominationem efficiat, vox abiit in* magi *significationem.* 2, 3. — *f.* °नी maga, venefica, *Hexe.* 10, 20.
योग्य *adi.* adhibendus; *alicui* destinatus. *c. gen.* 9, 11. utilis *c. gen.* 28, 4. idoneus. Ns 48. maturus *viro.* 12, 20. 29, 14. (युज्)
योजन *n.* mensura distantiae, parasanga Indica. 4, 1. A 12. (*id.*)
योनि *f.* vulva. *ad* 19, 11. 2) locus quo qs nascitur, natales, origo. F 3, 41. 45. (यु)
योषित् *f.* mulier, femina. 22, 4. 23, 1. K 83. Ri 9. (जुष्)
यौवन *n.* iuventus. 16, 15. 32, 9. 35, 22. (युवन्)
यौवनवत् *adi.* iuvenilis. 19, 1. (*antec.*)

र

रक्त *adi.* 1) tinctus. 2) ruber. 10, 20. 34, 17. A 70. Ri 21. Ns 45. 3) deditus. *ad* 21, 7. (रञ्ज्)

रक्तिमन् *m.* rubedo. Ns 52. (*antec.*)

रक्ष् *r.* 1 रक्षति custodire. 14, 3. F 2, 8. P 38. tueri, defendere. 22, 15. F 1, 10. (*cf.* रञ्ज्?)

रक्ष *adi.* defendens. *in f. comp.* 28, 18. — *f.* ा tutela, conservatio. F 1, 7. 3, 18. A 51. B 53. (*antec.*)

रक्षण *n.* tutela, defensio. 22, 14. F 1, 12. B 22. (*id.*)

रक्षस् *n.* daemon, gigas. R 50.

रच् *r.* 10 रचयति adornare, facere.

— *c.* वि componere *librum.* 12, 13.

रजक *m. f.* ी fullo, *genus hominum ignobile, impurum.* 8, 11. (*cf.* राज् splendere, *non* रञ्ज्)

रजत *n.* argentum. N 52. — -मय *adi.* argenteus. Ns 53. (*id.*)

रजनी *f.* nox. 3, 21. 2) curcuma, crocus Indicus. *utrumq.* N 49. (रञ्ज्)

रजस्वला *f.* mulier menstruans. 8, 9. (रजस् color.)

रज्जु *f.* funis. 8, 13.

रञ्ज् *r.* 1 रजति adhaerere; tingere; deditum esse. 4 रज्यति tinctum esse. N 52. *impr.* colore rubro. N 55. *part.* रक्त *q. v.* (*cf.* लग्)

— *c.* अनु deditum esse. *part.* F 3, 6. Ns 55.

— *c.* वि *part.* aversus, alieno animo ab alqo. *c. loc.* 21, 7.

रण *mn.* pugna, proelium. A 79. 82. (रण् sonare.)

रति *f.* voluptas, venus. 16, 20. (रम्)

रत्न *n.* gemma. 1, 7. 2, 8. (*fort. a* रै opes, *nam ubi pecuniae occupandae occasio non erat, ad divitias collocandas nil aptius erat gemmis.*)

रथ *m.* currus. 30, 14.

रभ् *r.* 1 रभते prehendere. (*cf.* लभ्)

रभ् c. आ incipere. 2, 8. 14, 8. 21, 18. A 6. 39.
— c. प्र + आ incipere, aggredi. 1, 5. 12, 16.
— c. सं + प्र aggredi, conari, suscipere. P 42.
रभस m. impetus, flagrans studium. 20, 14. (*antec.*)
रम् r. 1 रमते delectari, gaudere. 33, 3. *c. loc.* 20, 12. रत 30, 9. K 2. 62. R 3. *impr.* rebus venereis. K 59. *act.* K 71. amare *cap.* 37, 3. *caus.* रमयति delectare *amore.* K 61.
— c. उप cessare, desistere. *part.* B 13.
— c. वि *act. id.* 1, 5.
रमण n. *nom. act.* delectari, amare *cap.* 36, 4. (*antec.*)
रमणीय *adi.* amabilis, suavis, venustus. Ns 47. (*id.*)
रम्य *adi.* amoenus. 5, 6. K 29. 35. Ri 1. pulcher. 1, 13. (*id.*)
रव m. sonus, sonitus, strepitus. R 18. *nubis.* A 28. (रु)
रवि m. sol. 1, 16. Ri 13. 17. B 69.
रश्मि m. habena. K 40. 2) radius. B 19. N 56.
रस m. 1) succus. A 35. omnis res liquefacta. Ri 5. *cf.* सरस. succi, quibus ad delicias vel ornamentum utuntur. P 52. 2) sapor. 5, 2. 3) sapor bonus, delectatio, voluptas. R 3. 4) *in rhetorica significat* varia affectuum genera, quae artis poeticae argumentum constituunt, *amorem, fortitudinem, horrorem, mirabilitatem cet., omnino* elegantiam poeticam. 1, 9.
रसातल m. tartarus, septem tartarorum infimus. P 29. B 42.
रह् r. 1 रहति deserere. *part.* रहित destitutus, expers. 4, 19. F 3, 14.
रहस् n. solitudo, locus ab arbitris remotus. *acc. adv.* 3, 7. *loc.* K 61; रहसि clam, secreto. R 10. (*antec.*)
रहस्य *adi.* arcanus. *n.* secretum, mysterium. P 44. (*antec.*)
राक्षस *adi.* daemone dignus, nefandus. 14, 12. — *m.* daemon. 31, 11. (रक्षस्)
राग m. 1) color. Ri 5. 2) amor, caritas. *utr.* N 55. 3) animi concitatio, perturbatio. 20, 6. 4) modi quidam musici, qui sex enumerantur. 33, 5. (रञ्ज्)

रागिन् *adi.* animo concitatus, incitatus. 20, 5. — *f.* -णी species modorum musicorum, quorum quini ad रागं quemque pertinent. 33, 5. (*antec.*)

राज् *r.* 1. राजति splendere, fulgere. (*cf.* ऋच्)

राज् *m. in fin. comp.* rex. A 23. (राज् *olim* रज् regere. *cf.* ऋजु rectus.)

राजकीय *adi.* regius. 10, 18. 25, 21. (राजन्)

राजकुल *n.* aula regia, *in qua tribunal est.* 22, 7. (कुल)

राजत *adi.* argenteus. Ns 53. (रजत)

राजधानी *f.* urbs regia. R 66. (धा)

राजन् *m.* (*in fin. comp.* राज) rex. 1, 10. *cêt. Ceterum cf.* महा°. *In f. comp.* egregius. 36, 10. (*cf.* राज्)

राजपुत्र *m.* filius regis. 6, 7. 33, 10. 2) homo ordinis militaris, *ita dictus, postquam dynastae vel perpusilli se regio titulo ornarunt.* 23, 17.

राजपुरुष *m.* homo publicus, magistratus. *Molesworth.* 22, 7. 2) lictor.

राजमार्ग *m.* via publica. 19, 5. (मार्ग)

राजर्षि *v.* ऋषि.

राजि *f.* linea. *v.* नील° (*cf.* ऋजु rectus.)

राज्य *n.* regnum. 28, 19. P 33. (राजन्)

रात्रि *f.* (*in f. c.* रात्र) nox. 3, 18. 8, 18. 24, 6. (रम्?)

राध् *r.* 5 राध्नोति perficere. *caus.* राधयति.

— *c.* आ *caus.* propitium reddere, colere. K 3.

राम *m. nom. pr.* herois celebratissimi. 12, 4.

रामायण *n.* carmen epicum de Râmae rebus gestis. 58, 11.

रावण *m.* nomen gigantis, quocum Râmas pugnavit. 31, 7.

राशि *m.* acervus, cumulus, moles. A 1.

राष्ट्र *n.* regnum, ditio regia. 16, 12. R 22. (*cf.* राजन्)

राहु *m. nom. pr.* daemonis, diis quam maxime infesti. A 59.

रिक्त *adi.* vacuus. 2, 12. (*seq.*)

रिच् *r.* 7 रिणक्ति vacuefacere. *part.* रिक्त.

रिपु *m.* hostis. 5, 11. F 3, 19. P 24.

रीति *f.* consuetudo, modus, ratio. 2, 6. (री fluere.)
रु *r.* 2 रौति 1 रवते sonare. *part.* रुत. *cf.* अभिरुत.
रुच् *r.* 1 रोचते lucere. 2) placere, arridere. 19, 16. F 2, 17. R 34. *caus.* delectari re, gratam habere rem. *med.* F 2, 13. *ad* 19, 16. रोचये *etiam* F 2, 17. *melius legas.*
रुचिर *adi.* splendidus. K 28. (*antec.*)
रुज् *r.* 6 रुजति frangere. *part.* रुग्ण A 68.
रुत *n.* sonus, strepitus, vox *animalium.* F 3, 13. K 30. Ri 5. (रु)
रुद् *r.* 2 रोदिति flere. 14, 8. 17, 19. 21, 17. 24, 20. 25, 20.
रुध् *r.* 7 रुणद्धि obstruere, cohibere, impedire. *ad* 17, 22.
— *c.* वि *id.* विरुद्ध adversarius. अवि° *c. gen.* F 3, 16.
रुधिर *n.* sanguis. 21, 14. F 3, 17. A 68. (ἐρυθρός लोहित)
रुह् *r.* 1 रोहति ascendere, crescere. *part.* रूढ. *caus.* रोहयति रोप°
— *c.* अधि ascendere. 21, 11.
— *c.* आ. *id.* 23, 16. 30, 17. 31, 13. 35, 15. *caus.* facere ut ascendat. 11, 18. 31, 14. P 27.
— *c.* उप + आ *id.* A 5.
— *c.* सं + आ *id.* 3, 7.
— *c.* प्र crescere. Ns 54.
रूप *n.* forma, figura. 11, 21. 22, 20. F 3, 14. K 54. A 54. 2) pulchritudo. 1, 14. 12, 19. 31, 7. K 16. 3) species, qua qd. apparet. Ns 44. (रुह्)
रूपवत् *adi.* pulcher. 29, 13. (*antec.*)
रूपसेन *m. nom. pr.* viri. 15, 16. (सेना exercitus.)
रूपिन् *adi.* pulcher. 31, 5. *i. f. c.* forma *rei* indutus. K 95. A 81.
रूप्य *adi.* pulcher. *n.* argentum. Ns 52. aurum et argentum impr. fabricatum. रूप्याचल qui alias कनकाचल nominatur, Merus mons. B 1. (रूप)
रेणु *mf.* pulvis. F 3, 27. Ri 10.
रोग *m.* morbus. P 61. (रुज्)
रोदन *n.* fletus. 25, 2. 17. (रुद्)
रोमन् *n.* pili corporis. 3, 22. (रुह्)

रोमाञ्च *m.* pili corporis horrescentes. K 95. (अञ्च *cf.* पुलक°)
रोष *m.* ira. B 41. (रुष् irasci.)
रोहिणी *f.* statio lunae quarta in tauro collocata. 13, 11.
रौद्र *adi.* horribilis, atrox. F 3, 17. (रुद्र रुद् rugire.)
रौप्य *adi.* argenteus. N 53. (रूप्य)

ल

लक्ष् *r.* 10 लक्षयति cernere, animadvertere. *med.* R 44.
— *c.* सं + आ obtutum in re figere. *c. a.* P 17.
— *c.* उप intueri, animadvertere. 10, 14. *part. re* notatus, conspicuus. Ns 42.
लक्षण *n.* signum vestigium. 11, 5. indicium. 9, 9. indicia in corpore, ex quibus hominis forma, natura et fortuna pernoscuntur et diiudicantur. K 17. nomen; *in f. comp.* nominatus. Ns 41. (*antec.*)
लक्ष्मी *f. nom.* -मीस् signis pulchritudinis vel felicitatis praeditum esse, pulchritudo. Ns 43. felicitas. 2) dea venerum et abundantiae, uxor Vishnuis. A 53. 3) Fortuna dea, quae apud recentiores singulorum regum fortunam tuetur et genium quasi agit. 25, 16. 4) *n. pr.* mulieris. 37, 3. (लक्ष्)
लग् *r.* 1 लगति contiguum esse, adhaerere, sequi. *part.* लग्न 17, 20. 20, 10. Ri 25; *de tempore.* 19, 1. (*cf.* रञ्ज्)
— *c.* अनु *part.* subsequi. 25, 6.
लग्न *n.* signum zodiaci tempore, quo suo ordine oritur. 16, 11. (लग्)
लघु *adi.* levis, paucus, celer.
लघिमन् *m.* 1) levitas. 2) vis divina aut magica, qua quis ad arbitrium levissimum se reddere potest. 3, 12. (*antec.*)
लङ्का *f. nom. pr.* urbis primariae in Taprobane insula. *ad* 4, 5.
लज्जा *f.* pudor. 21, 20. (लज् लज्ज् pudere.)

लडिम्ब *vox Bengalica* turbo. Ns 53. *Apud Haughtonem et Careyum haec forma desideratur, sed extat, quod idem est,* लाटिम.

लड्डु *i. q. seq.* R 5.

लड्डुक *mn.* placentae s. dulcium species, globulorum forma vario modo confecta. 9, 11. 13. *Vocabuli e Puranis, in quibus frequens est (ut etiam in dialectis hodiernis), exempla haec excerpsit Aufrechtius:* सावित्रं लड्डुकान्दद्यात् *Matsya* 255, 20. लड्डुकानि तिलानां च *Brahmavaiv.* 3, 8, 53. लड्डुकैः फेनिकामिश्र (syrupi spuma) *Kâçikh.* 4, 95. मिष्टान्नं लड्डुकफलं *Brahmavaiv.* 2, 61, 73. (लड् coagulare? agitare? *mahârâshtrice* लाट *est* volvere, volvendo formare *placentas.*)

लता *f.* planta serpens, palmes. K 9. R 13. *tral.* K 92.

लप् *r.* 1 लपति loqui, dicere.

— *c.* प्र *id.* 5, 14.

— *c.* वि lamentari.

लभ् *r.* 1 लभते accipere, obtinere. 20, 5. 28, 17. P 9. *act.* P 59. sumere, agnoscere, intelligere. Ns 55. *part.* लब्ध 10, 14. 16, 11. Ri 25.

— *c.* सं + आ mulcere, ungere. N 56.

— *c.* उप assequi, adipisci. P 11.

— *c.* वि + प्र decipere. *part.* 20, 16.

लम्ब् *r.* 1 लम्बते labi, cadere, pendere, dependere. P 53.

— *c.* अव inniti, dependere. 4, 2. 12, 12. *c. nom. abstr.* fieri qd. B 13.

लल् (*s.* लड्) *r.* 1 ललति (*ab orig. ut videtur agitare*) lascivire; blandiri. R 20. (*hätscheln.*)

ललाट *n.* frons, frontis. 13, 14.

ललित *adi.* blandus *de voce.* 30, 5. Ri 28. — *n.* lascivientium gestus, blanditiae, petulantia, procacitas. R 19. 40. (लल्)

लवण *adi.* salsus. *n.* sal. A 29. 66. 84. (लू secare.)

लष् *r.* 1 लषति cupere, desiderare.

लष् *c.* अभि optare. 2, 22. *ad* 19, 10.
लस् *r.* 1. लसति micare, splendere. N 53.
— *c.* वि *id. med.* Ns 53.
लाक्षा *f.* pigmenti rubri genus. Ri 5.
लालसा *f.* appetitus, cupiditas. *in f. comp.* F 3, 17. R 58. (लष्)
लाला *f.* saliva. Ri 21. (ली)
लावण्य *n.* pulchritudo, elegantia. 19, 3. (लवण)
लिख् *r.* 6 लिखति pingere, scribere. 34, 4. N 54.
लिग् *r.* 1 लिङ्गति ire, se movere.
— *c.* आ amplecti, amplexari. R 47.
लिङ्ग *n.* signum. 2) phallus, signum sectatorum Çivae. B 8. 3) *in logicis* praemissa syllogismi. Ns 44.
लिप् *r.* 6 लिम्पति illinere, ungere, polluere. 4, 7. Ns 56.
— *c.* अनु illinere, perungere. A 70. Ns 52. 56.
— *c.* अव. *id.* 8, 2. 5.
— *c.* वि *id.* 7, 17.
लिपि *f.* scriptura. Ns 54. (*antec.*) F 3, 17.
लिह् *r.* 2 लेढि lingere, lambere. *intens* लेलिह्यते F 3, 10. लेलिहति
— *c.* अव *intens. act.* huc illuc lambere. A 79.
ली *r.* 4 लीयते glutinosum esse, haerere, adhaerere; solvi.
लुप् *r.* 6 लुम्पति rumpere, irrumpere.
— वि delere, extinguere. Ns 54.
लुभ् *r.* 4. लुभ्यति cupere. *part.* लुब्ध avidus. 5, 7. F 2, 28. *caus.* pellicere. R 4.
लेप *m.* illitus, unctio. Ns 52. (लिप्)
लेपन *n.* unctio. Ns 56. unguentum. 8, 22. (*id.*)
लेश *m.* res minima, atomus. Ns 49. (लिश् parvum fieri.)
लोक् *r.* 1 लोकते videre, intueri. 10. लोकयति *id.* B 47.
— *c.* अव conspicere, conspicari. 7, 21. 8, 13. 9, 13. 11, 6.
— *c.* वि conspicere. 8, 6. contemplari. 11, 6. 13, 5.
— *c.* प्र+वि procul prospicere. R 59.
लोक *m.* mundus. P 7. *plur.* P 16. 55. homines. *plur.* 1, 3. 30, 9. *in fin. comp. collect. sing.* 9, 18. 21, 18. (*antec.?*)

लोच् *r.* 1 लोचते videre. (*cf.* लोक्)
— *c.* परि + आ considerare. 27, 17.
लोचन *n.* oculus. 10, 9. 15, 3. K 27. (*antec.*)
लोप *m.* omissio, defectio. K 73. *apud gramm. id. s.* elisio. 115. (लुप्)
लोभ *m.* cupiditas. 20, 19. 29, 20. P 35. (लुभ्)
लोमपाद *m. nom. pr.* regis. R 2. 63.
लोमश *adi.* pilosus, pilis permixtus. F 1, 24. (लोमन् = रोमन्)
लोष्ट *mn.* gleba. 5, 12.
लोह *mn.* ferrum. 18, 13. (*cf. seq.*)
लोहित *adi.* ruber. Ri 5. 21. K 41. *n.* sanguis. 4, 7. (*cf.* रुधिर)
लोहितायति *verb. denom.* rubescere. A 71. N 49.
लौल्य *n.* aviditas. 30, 8. (लुल् agitari.)

व

वंश *m.* canna, *impr.* Bambu dicta. Ri 25. (वंक् flecti.)
वक *m.* avis, ardea nivea. K 8.
वक्त्र *n.* os (oris). F 3, 17; vultus. 6, 14. (वच्)
वक्र *adi.* curvus, obliquus; *verbum* ambiguum, bifariam intelligendum. 1, 8. *cf. Kâvya Prakâça* 125, 16. *Kuvalayânanda* (*Pûnae* 1854. *foll.* 212) *fol.* 181. (वंक् flecti, claudicare.)
वच् *r.* 2 वक्ति 24, 13. *perf.* उवाच 9, 15. *med.* B 49. *part.* उक्त 2, 11. वक्तव्य 3, 2. loqui, dicere *cda.* pronuntiare. 32, 19. declarare. P 1.
— *c.* प्र dicere. 33, 15. enuntiare, declarare. 3, 2. 8, 11. K 6.
— *c.* प्रति respondere. F 1, 11. K 39. R 11.
वचन *n.* sermo. 4, 4. 7, 1. iussus. A 51. *abl.* iussu. F 2, 9. (*antec.*)
वचस् *n. id.* 1, 8. F 2, 16. B 21. (*id.*)
वज्र *mn.* fulmen; adamas. (वंग् = वंक् tortuose incedere.)
वज्रभृत् *m.* fulminiger, Indras. F 1, 10. A 49. (भृ)

वज्रमुकुट *m. nom. pr.* viri. 4, 22. (मुकुट)

वञ्च् 1. वञ्चति errare. *caus. med.* decipere. *act.* B 3. (*cf.* वंक्)

वञ्चन *n. nom. act.* fraudare, fraudatum esse; fraus. 30, 4. *ad* 11, 10. (*antec.*)

वट *m.* ficus Indica. 21, 11.

वत् *affix. indecl.* ad instar. 1, 14. 29, 4. 34, 7. 15. F 3, 5. A 79. B 15. 16.

वत्स *m.* vitulus. 12, 5. *vocat. in blanda filii vel discipuli allocutione* carissime. 34, 7.

वत्सर *m.* annus. *ad* K 55. (वस्)

वद् *r.* 1 वदति dicere. 20, 3. 36, 4. K 80. verba proferre. 4, 3. 24, 10.

वदन *n.* os (oris). R 37. vultus. B 41. 61. N 46.

वध् *verbum mancum, quod in nonnullis formis verbo* हन् *succedit.* ferire, occidere. *aor.* F 2, 7. B 67. वध्य 22, 8. B 67.

वध *m.* caedes, interfectio. 17, 2. 27, 12. F 3, 40. P 30. B 65. (*antec.*)

वधू *f.* femina. N 47. *cf.* कुल° (वह् in matrimonium ducere).

वध्यस्थान *n.* locus supplicii. 22, 8. (वध्)

वन *n.* silva. 5, 1. 33, 2. *de nymphaearum copia.* K 29. Ri 28.

वनचर *adi. m.* silvicola. R 3. (चर्)

वनान्त *m.* margo silvae, silva extrema. Ri 22. 26. (अन्त)

वनेचर *adi.* silvaticus. — *m.* fera. F 2, 14. (चर्)

वनौकस् *adi. id.* — *m.* animal silvaticum. F 3, 22. A 17. (ओकस्)

वन्य *adi.* silvestris, silvaticus, ferus. F 3, 32. R 57. (वन)

वप् *r.* 1 वपति *part.* उप्त. serere *c. a. seminis et agri.* P 4. 5. *caus.* वापयति.

— *c.* सं + आ *id. caus.* serendum, inspergendum curare. A 9.

वपुस् *n.* corpus. B 3. (वप् texere, *caus. a* वे)

वपुष्मत् *adi.* corpore (*humano*) praeditus. A 47. (*antec.*)

वम् *r.* 1 वमति vomere. A 68.

वमन *n.* vomitus. 13, 19. (*antec.*)

वर *adi.* eligendus, optimus. F 2, 11. K 83. *in fin. comp.*

1, 13. 20, 20. R 66. A 10. 2) pulcher. K 16. R 8. — *m.* 1) procus. 13, 1. 29, 14. maritus. 35, 20. (*e. coni.*) 2) optatio, quae datur, donum. 28, 9. 3) qui praecludit. *cf.* सरोवर. — *n. adv.* melius, praeferendum *c. gen. vel loc.* 16, 18; *resp.* न melius quam. 21, 1. (वृ)

वरद *adi.* qui dona confert, δοτὴρ ἐάων. A 38. (दा)

वरवर्णिनी *f.* femina eximii coloris s. e nobili tribu orta. 26, 20. (वर्ण)

वराह *m.* aper, verres. Ri 17.

वरिष *mn.* annus. *apud recentiores pro* वर्ष K 55. (*e coni.*)

वर्ग *m.* rerum aut hominum eiusdem generis ordo, classis, collegium. 1, 13. P 13. (वृत्)

वर्चस् *n.* forma. A 78. 80. *ad* 19, 11. (वर्च् splendere.)

वर्ण *m.* color. F 1, 16. tribus, corpus, una e tribus vel quatuor gentis Aricae in India partibus. B 5. (वृ tegere.)

वर्णना *f.* laudatio, praedicatio. 81, 1. (वर्ण् *denom.* describere.)

वर्तिन् *adi. in fin. comp.* qui versatur in re. Ri 16. Ns 42. (वृत्)

वर्तुल *adi.* rotundus. 4, 13. (वृत्)

वर्त्मन् *n.* via, trames. 25, 7. B 12. 69. (वृत्)

वर्धमाना *f. nom. pr.* urbis. 23, 12. (वृध्)

वर्धापन *n.* natalicia, natalium celebratio (*Molesworth.*) 18, 8. एवं वर्धापनं वत्सरान्ते वै जन्मवासरे। व्यतीतेषु च मासेषु बालानां बालवृद्धये॥ *Skandapur.* पुत्रजन्मादिपितरौ बालवर्धापने सति। *Bhavishyottara.* वर्धापनं नाम प्रतिसंवत्सरं जन्मदिनेषु पुत्रस्य क्रियमाणमभ्यङ्गादिकं महाराष्ट्रदेशे प्रसिद्धं *Smṛityarthasâgara.* (*Aufrecht.*) (वृध् *caus.*)

वर्ष *mn.* pluvia. R 66. 2) annus. 2, 14. 8, 17. K 62. 3) *f. plur.* menses, quo imbres continui deferuntur, quod in India fit a medio Iunio usque ad Oct. K 11. (वृष्)

वर्षण *n. nom. act.* pluere. 22, 6. (*id.*)

वलाका *f.* grus. 34, 12.

वलित *adi.* circumdatus. Ns 53. (वल् tegi.)

वल्कल *mn.* cortex, liber plantarum eoque confectum vestimentum. P 50.

वल्गित *n.* saltus, exsultatio. R 15. (वल्ग् salire.)
वल्लभ *adi.* amicus, deliciae. 1, 14. 20, 15. *fem.* 38, 3.
वश् *r.* 2 वष्टि velle, optare.
वश *m.* 1) voluntas. 2) voluntas, cui quis subiectus est, imperium. 26, 19. *in f. comp.* victus, oppressus. 20, 7. *abl.* propter, ob. 11, 2. K 13. Ns 45. (*antec.*)
वशिन् *adi.* qui imperium in alios exercet, *unde* वशित्व *n.* facultas divina aut magica, qua leges naturae et elementorum voluntati parere coguntur. 3, 13. (*id.*)
वश्य *adi.* facile regundus, obediens. 26, 6. (*id.*)
1. वस् *r.* 1 वसति habitare. 6, 20. 7, 6 commorari, manere. 24, 18. *addito* वासं P 53. *noctem* degere. R 51. *part.* उषित *intrans.* K 88. *pass.* 9, 21. K 80.
— *c.* नि degere in loco. F 2, 2. 3.
— *c.* सं + नि *id.* R 71.
2. वस् *r.* 2 वस्ते vestire, induere, tegere.
वसन्त *m.* ver, deus veris. K 26. *utrumq.* K 44. (2. वस्)
वसिष्ठ *m. nom. propr.* sapientis vetusti. P 1. (वसु)
वसु *n.* res, bona, opes, divitiae. 9, 18. 18, 21. — *m. nom. propr.* regis. P 29.
वसुधा *f.* terra. B 45. 64. (धा)
वस्तु *n.* res, bona, opes. *ad* 9, 16. (1. वस्?)
वस्त्र *n.* vestimentum. 8, 22. 17, 18. velum, aulaeum. R 7. (2. वस्)
वह् *r.* 1 वहति vehere. 6, 10. ferre. 37, 12. vehi.
— *c.* निः feliciter emergere, extricari. 37, 22.
— *c.* वि *uxorem* ducere. *caus. id.* (*nisi denomin. est*) 18, 19.
वह *adi. in f. comp. v.* गन्धवह
वा *part.* aut, vel. *Disiungit tum singula verba* 4, 17. 9, 3. 23, 14 *tum enuntiationes* 3, 7. K 89. *Repetitum valet* aut aut *in verbis* 5, 11 *et enuntiatt.* 9, 21. *Quum primum locum occupare nequeat, sibi praemittit* यदि K 41 *et* अथ *v.* अथवा. *Saepe additum habet* अपि 9, 21. K 41.

Elliptice ponitur, ita ut primum orationis membrum taceatur (cf. Râm I, 61, 8 *Schl.)* vel forte. B 9: quod si negatur, quaero. *Ita impr. post interrog.* को वा quis quaeso, quis tandem. N 51. 55.

वा *r.* 2 वाति flare, spirare. K 45.

वाक्य *n.* sermo. 36, 9. F 2, 12. R 53. B 61. (वच्)

वाग्विदग्ध *adi.* dicendi peritus. — -ता *abstr.* 4, 19. (*seq. et cf.* विदग्ध)

वाच् *f.* vox, sermo. 9, 22. 30, 5. 32, 18. B 62. (*id.*)

वाजिन् *m.* equus. 18, 13. K 40. (वज् celeriter vehi.)

वाञ्छ् *r.* 1 वाञ्छति optare, desiderare. 19, 10.

वाञ्छा *f.* optatum, desiderium. 16, 21. (*antec.*)

वाडव *adi.* equinus. *m.* ignis mythicus, qui in infimo mari latere creditur. 37, 12. (वडवा equa.)

वाण *m.* sagitta. 5, 20. K 41. 46. (वण् sonare?)

वाणी *f.* vox, sonus. B 30. 64. (*id.*)

वात *m.* ventus. A 25. Ri 10. (वा)

वातुल *adi.* 1) ventosus. 2) vaniloquus. 24, 16. (*antec.*)

वादित्र *n.* instrumentum, organum musicum, fides. R 9. (वद्)

वादिन् *adi. in fin. comp.* loquens. 26, 8. K 2. (*id.*)

वाध *m.* destructio, repulsio. 86, 6. (वध्)

वाम *adi.* laevus, sinister. 10, 4. (अव?)

वामन *adi.* depressus, humilis; nanus, pumilus. N 57. — *f.* nomen Apsarasis. K 23. (अव?)

वायस *m.* cornix. 22, 3. (longaeva, वयस् aetas.)

वायु *m.* ventus. K 26. aer. P 59. (वा)

वार *m.* multitudo, grex, caterva.

वारण *m.* elephas. 18, 13. N 45. (वृ)

वारमुख्या *f.* in saltatricum et meretricum caterva princeps. R 12.

वाराणसी *f.* urbs hodie *Benares* dicta. 4, 21. 34, 16.

वारि *n.* aqua. A 34. Ri 1. (वृ tegere?)

वारुण *adi.* ad Varunam, deum maris, pertinens. A 30.

वार्धि *m.* oceanus. B 26. (वारि धा)

वास *m. nom. act.* commorari. P 53. 2) habitatio. 8, 20. locus ubi aliquid est, conclave. 19, 22. (वस्)

वासगृह *n.* (oppositum atrio) cubiculum. 33, 14. (गृह)

वासर *mn.* dies. 18, 22. (वस् *olim* lucere.)

वासव *m.* nomen Indrae. P 29. *ad* 22, 5. (वसु semideorum ordo.)

वासस् *n.* vestis. 3, 21. 18, 13. K 11. R 19. Ri 7. (2 वस्)

वासित *adi.* odoribus imbutus. Ri 3. 4. (वास odor.)

वासिन् *adi. in f. comp.* habitans, versatus in re. 37, 2. A 30. 44. B 17. (वास)

वासुकि *m. nom. pr.* serpentis Vishnuis. A 22.

वाहन *n.* vehiculum, iumentum. P 51. N 45. (वह्)

वि *praep. inseparabilis* dis, se.

विंशति *num.* viginti. *v.* पञ्चवि°.

विकच *adi.* expansus, dehiscens. A 45. Ri 24. (कच् nectere.)

विकर्मन् *adi.* ignavus, ab agendo abstinens. P 40. (कृ)

विकल *adi.* perturbatus. K 48. (कला)

विकल्प *m.* dubium. *ad* 21, 1. (कॢप्)

विकार *m.* mutatio. 6, 14. palpitatio *oculorum.* R 17. (कृ)

विक्रम *m.* fortitudo. P 14. Ri 14. passus *v.* त्रि° (क्रम्)

विक्रमसेन *m. nom. pr.* regis, *eiusdem qui sequitur.* 12, 10. 15, 5. 32, 7. (सेना)

विक्रमादित्य *m. nom. pr.* regis. 1, 11. (आदित्य)

विक्रय *m.* venditio. 34, 17. (क्री)

विग्रह *m.* corpus. K 48. 2) *mn.* bellum, pugna. 29, 12. P 23. A 83. *ad* 4, 5. *cf.* 16, 9. (ग्रह्)

विघ्न *m.* impedimentum. 1, 4. K 15. 18. B 68. (हन्)

विघ्नक *id. in fin. comp.* ad 4, 5.

विचक्षण *adi.* doctus, peritus. 10, 1. (चक्ष्)

विचार *m.* deliberatio, disceptatio. 23, 2. 35, 1. अवि° 12, 10. (चर्)

विचित्र *adi.* conspicuus, variegatus, mirus. Ri 2. (चि)

विचेष्टित *n.* palpitatio, volutatio. R 48. 2) agendi ratio. K 6. (चेष्ट्)

विज्‌ *r.* 6 विजते *part.* विग्न tremere, trepidare, timere.
— *c.* उत्‌ *et c.* सं + उत्‌ *id. part.* R 13. 32; K 15.
विजन *adi.* ab hominibus desertus. K 7. R 26. — *n.* solitudo, quae fit remotis arbitris. 3, 9. 7, 13. (जन)
विजय *m.* victoria. A 85. (जि)
विज्ञ *adi.* gnarus, peritus, doctus. B 44. (ज्ञा)
विज्ञान *n.* scientia. 32, 5. अविज्ञानात्‌ inopinato. F 1, 22. (*id.*)
विट *m.* sodalis elegans et dissolutus. 20, 12.
विटप *mn.* 1) ramorum in arbore diffusio et propagatio. 2) surculus. Ri 24. — -पिन्‌ *m.* arbor. B 37. (विस्था ?)
विडाल *m.* felis. F 1, 8.
वितमस्क *adi.* a tenebris vacuus, tenebrarum expers. Ns 56. (तमस्‌)
वितर्क *m.* dubium, dubitatio. 21, 1. (तर्क्‌)
वित्त *n.* possessio, peculium, res. 22, 2. (1. विद्‌)
1. विद्‌ *r.* 6 विन्दति *part.* वित्त obtinere. P 52. invenire. P 62. *med. fut.* वेत्से A 9. *pass.* विद्यते est, invenitur. 7, 8. 17, 16.
— *c.* नि *caus.* tradere, committere. F 1, 15.
2. विद्‌ *r.* 2 वेत्ति scire, nosse, cognoscere. 12, 4. 21, 4. 34, 2. N 55. experiri. 16, 20. विद्यते scitur. 31, 10. B 3. *part.* विदित compertus, perspectus. F 3, 42. *In fin. comp.* विद्‌ B 23. 70.
— नि *caus.* narrare *c. gen. et dat. p.* 6, 4. *c.* अग्रे *p.* 6, 15. 7, 15. committere *c. loc. p.* 26, 17. *cf.* 1 विद्‌ *c.* नि.
विदग्ध *adi.* adustus; *tral.* expertus, callidus, versutus. K 61. 4, 19. 15, 17. (दह्‌)
विदूर *adi.* remotus, longinquus. -तः *adv.* R 41. (दूर)
विदेश *m.* terra peregrina, extera. 19, 19. (देश)
विद्ध *v.* व्यध्‌.
विद्या *f.* scientia, ars. 14, 21. 26, 6. 31, 1. 34, 10. *impr.* magica. B 46. (विद्‌)
विद्युत्‌ *f.* fulmen. 1, 12. A 26. 32. (द्यु द्युत्‌)
विद्विष्‌ *adi. in f. comp.* qui odit, hostis. B 5. 65. (द्विष्‌)

विधा *f. in fin. comp.* modus. Ns 48. *post numeral.* -plex. षड्विध sexies distinctus. 9, 9. (धा)

विधायिन् *adi.* modum *cs. rei* constituens. B 30. (धा)

विधि *m.* regula, norma. -वत् iuxta regulam. B 35. 2) fatum. P 42. B 30. procreator mundi. N 47. 57. (धा)

विधु *m.* luna. N 47.

विनय *m.* disciplina, boni mores. 4, 18. *impr.* modestia. R 62. B 2. obedientia. 35, 6. 11. (नी)

विनयवत् *adi.* bene moratus. 26, 11. (*antec.*)

विनायक *m.* qui removet *obstacula*, *cognomen* Gaṇeçae. 1, 2. (नी)

विनाश *m.* exitium, interitus. 12, 7. 19, 20. destructio. B 14. (नश्)

विनाशक *m.* destructor. 3, 15. (*id.*)

विनिद्र *m.* quem somnus reliquit, somno satiatus. 24, 12. (निद्रा)

विनिर्णय *m.* certitudo, certi definitio. B 14. (नी)

विनिर्बन्ध *m.* pertinacia, animus obstinatus. A 64. (बन्ध्)

विनिश्चय *m.* certitudo. F 1, 6. (चि)

विनीत *v.* नी.

विनोद *m.* oblectatio, animi demissio. 1, 3. 4, 16. 32, 6. 18. (नुद्)

विन्ध्य *m.* mons Indiae, Vindius Ptolemaeo dictus. 31, 5.

विपरीत *adi.* inversus, contrarius. 36, 12. 37, 21. Ns 47. N 48. (इ)

विपिन *n.* silva. F 2, 4. R 57. (वृ)

विपुल *adi.* magnus, amplus. P 38. A 67. Ri 27. fortis. A 19.

विप्र *m.* sacerdos, homo ex ordine sacerdotali. 12, 5. K 78. R 67. P 14. (प्रा *ved.* implere.)

विप्रर्षि *v.* ऋषि.

विबुध *m.* deus. A 23. 59. (बुध्)

विभव *m.* opes, res familiaris. 25, 5. 33, 17. (भू)

विभाण्डक *m. nom. propr.* viri. R 13.

विभावसु *m.* sol; ignis. A 76. (भा)

विभीतक *m.* arbor, Terminalia belerica, *myrobalanus*. K 32.

विभीषण *adi.* atrox, durus, asper. 30, 5. (भी)

विभूति *f.* vis, potestas. *Octo numerantur virtutes divinae*

(*cf.* सिद्धि), *quas respicere videntur octo depravationis facultates* 30, 6. (भू)

विभ्रम *m.* perturbatio, lusus amatorius perturbationem simulans. Ri 12. (भ्रम्)

विमत्सर *adi.* ab invidia et sui studio alienus. K 4. *v.* मत्सर.

विमर्द *m. nom. act.* conteri. Ri 19. (मृद्)

विमार्ग *m.* via inculta, prava, difficilis. P 40. (मार्ग)

विमिश्र *adi.* mixtus. A 37. (मिश्र *id.*)

विमुख *adi.* aversus, alienatus, alienus. 26, 14. (मुख)

विम्ब (*apud N.* विम्ब्र *propter v.* 53) *mn.* = मण्डल orbis, discus. Ri 4. N 46. 53. 2) *f.* ी planta, Momordica monadelpha. Ns 46. 3) *n.* eius plantae fructus, rubedine insignis. N 46. 4) *mn.* imago, umbra, effigies. Inde

विम्बक *n.* forma signatoria. Ns 47.

वियत् *n.* coelum, aer, aether. A 79. 84.

वियोग *m.* seiunctio. 26, 12. Ri 10. (युज्)

विरल *adi.* foraminibus, intervallis, spatio vel tempore interiecto non continuus, tener, rarus. 23, 3. (विल, *pro* विलल ?)

विरह *m.* seiunctio, *impr.* amantium. 6, 1. 16, 6. 21, 3. (रह्)

विराग *m.* 1) animus alienus, aversus. 2) coloris defectus. *utr.* N 55. (रञ्ज्)

विरूपक *adi.* deformis. 19, 3. (रूप)

विरोधिन् *adi.* hostis, adversarius. B 28. (रुध्)

विल *n.* foramen, cavum *muris.* F 2, 18. (विल् abscondere *cf.* वृ)

विलय *m. nom. act.* exhaustum esse. B 49. interitus, extinctio. A 29. (ली)

विलाप *m.* querela, lamentatio. 24, 21. (लप्)

विलास *m.* feminarum ad excitandum amorem lusus et agitatio. *Inde* विलासवती femina *impr.* iuvenilis. Ri 12. (लस्)

विलेपन *n.* odores, unguentum. 21, 4. (लिप्)

विलोचन *n.* oculus. N 47.

विलोमित *adi.* adversis quasi pilis, inversus. N 47. (लोमन्)

विलोल *adi.* tremulus, avidus. Ri 14. 20. (लुल्)

विल्व *m.* arbor, Aegle marmelos. K 31.

विवर्धन *n. nom. act.* augere. *In f. comp.* augens. R 17. (वृध्)

विवस्त्र *adi.* vestibus exutus. 11, 5. (2. वस्)

विवस्वत् *m.* sol. Ri 18. (वस् *ved.* lucere.)

विवाद *m.* disputatio. 17, 5. 31, 3. (वद्)

विवाह *m.* nuptiae. 11, 19. 15, 19. (वह्)

विविध *adi.* varius, multifarius. K 35. R 35. (विधा)

विवेक *m.* distinguendi et intelligendi vis. K 83. (विच् secernere.)

विश् *r.* 6 विशति *part.* विष्ट intrare. R 57. Ri 17. *caus.* वेशयति.

— *c.* आ penetrare, afficere. 34, 14. F 3, 18. K 59.

— *c.* सं + आ penetrare, implere. 2, 1.

— *c.* उप considere, sedere. 2, 1. 5, 15. 9, 1. 28, 14. *caus.* 14, 8. 2) *rei* se tradere, deditum esse. *casu non addito, supplendum est: rei suae.* F 3, 3. 8. tere. Ri 16.

— *c.* नि considere. 23, 13. *caus.* imponere. Ri 7. immit-

— *c.* प्र intrare. 2, 4. 14, 1. 34, 13. ingredi, incipere. 30, 10.

विशाम्पति *m.* rex. F 1, 3. 11. 3, 11. (विश् coloni, homines.)

विशिष्ट *adi.* distinctus, diversus; *c. abl.* potior. P 39. 2) egregius, optimus. 16, 8. B 27. (शिष्)

विशुष्क *adi.* valde siccus. Ri 15. (शुष्क)

विशेष *m.* discrimen. 29, 12. Ns 48. genus, species. Ns 54. id quod cuique peculiare est, habitus. 10, 7. *In fin. comp.* eximius. 9, 19. — *instr.* -षेण praesertim. K 81. *abl.* -तः *id.*, et — quidem. F 1, 20. (शिष्)

विश्रम्भ *m.* fiducia, fides. F 1, 3. R 50. (श्रम्भ्)

विश्वाची *f.* nomen Apsarasis. K 22.

विश्वास *m.* fiducia, fides. 26, 5. (श्वस्)

विष *mn.* venenum. 9, 12. 27, 14. Ri 20. (विष् = विश्)

विषय *m.* 1) ditio. R 61. 2) res externae quae a sensibus percipiuntur et animum movent. 32, 11. 33, 15. *plur.* voluptates. K 65. R 3. (*id.*?)

विषाण *mn.* cornu, dens *elephanti.* F 3, 24.
विषाद *m.* consternatio. 7, 21. (सद्)
विष्ठा *f.* faeces, stercus. F 1, 24. (विष् *id.*)
विष्णु *m.* Vishnus deus, mundi conservator. 11, 21. P 16. A 13. (विश्)
विसर्जन *n.* dimissio, expulsio, exilium. 11, 16. (सृज्)
विस्मय *m.* miratio, admiratio. 38, 6. K 47. (स्मि)
विहग *m.* A 11. Ri 23. *et* विहंग K 30. (*ad* 4, 5.) avis. (विहा aer, हा)
विहत *v.* हन्.
विहिंसक *adi.* perniciosus, exitiosus. F 3, 34. (हन्)
विह्वल *adi.* timore perculsus, agitatus animo non composito; liquidus, liquefactus; languidus. R 25. (ह्वल् tremere.)
वीक्षित *n.* aspectus, obtutus. Ri 12. (ईक्ष्)
वीचि *mf.* unda. B 19. (अच्?)
वीज *n.* semen. P 3.
वीजपूरक *m.* arbor, Citrus Medica. K 31. (पृ)
वीर *adi.* fortis. *m.* heros. F 2, 24. *Cum* आसन, शय्या, स्थान *compositum certas quasdam apud homines religiosos membrorum collocationes significat.* P 55. वीरासन *est, si altero pede supposito, altero cruri imposito erectus sedet. cf. Mallin. ad Kum.* III, 45., *Stenzler et schol. Calc. ad Ragh.* XIII, 52.
वीरवर *m. nom. pr.* viri. 23, 17. (वर)
वीर्य *n.* fortitudo. F 3, 9. vis. K 12. 57. A 36. (वीर)
वीर्यवत् *adi.* fortitudine praeditus, par *rei c. loc.* A 16. (*antec.*)
वृ *r.* 5 वृणोति 1) tegere operire. 2) eligere.
— *c.* आ tegere, operire. A 32. 50. Ri 21. N 41. occultare. R 13. A 3.
— *c.* सं + आ operire. R 7. A 83.
— *c.* परि circumdare. 6, 5.
— *c.* सं *id.* 5, 16.

वृ 10 *s. caus.* वारयति arcere (22, 2 *e. coni.*) prohibere. P 30. 31.

— *c.* नि arcere, prohibere. 14, 10.

वृक *m.* lupus. F 2, 3. (व्रश्च् lacerare.)

वृक्ष *m.* arbor. 4, 2. 5, 6. 21, 11. -क *in fin. comp.* R 5. (वृह्)

वृज् *r.* 10 वर्जयति relinquere, evitare. 31, 8. *part.* वर्जित *rei* expers, *re* carens, *in f. c.* sine. *ad* 19, 11.

— *c.* आ in suas partes ducere, conciliare. 37, 4.

वृत् *r.* 1 वर्तते versari, esse *c. loc.* 7, 3. 23, 3. 31, 11. *de tempore* nunc esse. 29, 19. K 76. *c. partic.* 7, 15. esse *c. praedic.* 8, 9. 29, 14. *c. dat.* 35, 12. fieri, geri. 9, 12. 16, 8. 21, 11. *caus.* वर्तयति facere ut sit, facere, conficere. R 38.

— *c.* अति transgredi. P 63.

— *c.* अनु sequi; expectare, confidere, credere *c. acc.* P 18.

— *c.* वि + आ reverti. 8, 20. *absolut.* rursus 18, 20 *nisi est*: mutato consilio.

— *c.* नि redire; interire. 39, 21.

— *c.* सं + नि redire. R 65.

— *c.* परा redire. Ns 42.

— *c.* परि circumvolvi, *de temp.* ad finem perduci. K 73. 74. *caus.* circumagere. A 41.

— *c.* प्र procedere, bene procedere. B 7. *caus.* promovere. B 71.

— *c.* अभि + सं + प्र *caus.* inter se confundere et turbare. A 82.

— *c.* सं fieri. A 66.

वृत्त *adi.* rotundus. -त्व *n. abstr.* Ns 46. — *n.* agendi ratio. F 2, 2. (*antec.*)

वृत्तान्त *m.* res gesta 2, 16 eiusque narratio. 8, 15. 9, 6. 11, 3. (अन्त)

वृत्ति *f.* ratio agendi 33, 8. 34, 10, cogitandi. *inde* -मत् *adi.* B 23.

वृथा *adv.* frustra. P 18.

वृद्ध *adi.* aetate provectus. F 1, 7. 15. B 66. — *f. nom. pr.* mulieris. 7, 5. (वृध्)

वृद्धि *f.* incrementum. Ri 25. (*seq.*)

वृध् *r.* 1 वर्धते crescere. K 96. B 70. augescere. F 1, 17. adolescere. 19, 1. *caus.* वर्धयति augere. B 40. Ns 57.

— *c.* प्र augescere. Ri 15.

— *c.* वि crescere, augeri. P 36.

वृन्द *m.* grex, caterva. 38, 7. Ri 23.

वृन्दार *adi.* pulcher, elegans. — -क *id.* B 20.

वृष् *r.* 1 वर्षति pluere.

— *c.* अभि pluvia conspergere. A 26.

— *c.* प्र pluviam effundere. R 56. N 41.

वृषण *m.* scrotum. 23, 16. (*antec.*)

वृष्टि *f.* pluvia. A 27. (*id.*)

वेग *m.* impetus. Ri 22. 24. — -वत् impetuosus. A 77. 78. (विज्)

वेताल *m.* daemonum s. lemurum species, qui mortuorum (अवेत) corpora intrant et circumagunt. 1, 1. 4, 14. (आल domicilium.)

वेतालपञ्चविंशती *f.* viginti quinque vetâlae narrationes, *index libri.* 1, 1. (प°)

वेद *m.* scientia. 2) corpus librorum sacrorum. K 3. 85. P 60. B 21. *etiam plur.* B 47. (2. विद्)

वेदना *f.* sensus, dolor. 6, 2. (*id.*)

वेदाङ्ग *m.* corpus librorum Vedae, quem illustrant, appendicis loco subiectorum. K 3. (अङ्ग)

वेदिन् *adi.* peritus, gnarus *in f. comp.* K 70. (2. विद्)

वेधस् *m.* nomen Brahmanis summi dei. N 48.

वेधिन् *adi.* qui ferit, percutit. 31, 2. (व्यध्)

वेप् *r.* 1 वेपते tremere, trepidare. F 3, 30.

— *c.* प्र valde tremere. K 92.

वेपथु *m.* tremor. K 91. (*antec.*)

वेला *f.* limes, finis; tempus statum, finitum. 37, 16. (विल् वल् circumdare ?)

वेश *m.* vestitus. R 10. (विश्)
